CERES LEGIFERA OPUS HEROICI GENERIS, ET QUOD NOBILE POËMA CLAUDIANI DE...

Etienne : de Clavière

ΙΩΑΝΝΟΥ ΔΕΜΥΣΙΑΝΟΥ ΛΥΓΚΑΙΟΥ

ΕΛΛΗΝΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΥ

ΕΙΣ ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΚΛΑΒΗΡΙΟΝ

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Οὐκ ἀλέγεις γραφίδας πόθεν ἵμερος οὗτος ὀρώρῃ;
Γνῶσις ὅπως τρέψαις ἄνθος ἐς κίθαρον;
Ὡς αὐτῆς πανύφυλλον ἀνέδραμεν ἔρνος ἐλαίης,
Ἀλκείδου πυκινῶς ὡς ῥόπαλον θαλέθει.

APOSTROPHE AD LIBRVM.

Solue, Liber, nunc aura vocat, nunc integra vela:
Pars quoque non deſit cultibus vlla tuis.
Nec locus Inuidiæ: quod enim Cuiacius olim
Extulit, hoc alius iure placebit Opus.

S. C.

INCLYTO VEREQVE EXCELSO PRINCIPI,

MAVRICIO A SABAVDIA,

CARDINALI ILLVSTRISSIMO,

S. P. D.

ADMIRANDVM *ſanè dictu eſt*, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, *quanta ſe his diebus apud nos claritudo & ſerenitas oculis mortalium obiecerit. vndique enim, & quaſi ad conſtitutum venêre ea penè omnia, quibus vel inſignis ſuperûm indulgentia probari, vel noſtræ animi metus ſi poſſit quodam lætitiæ exortu præueniri queat. Spirat nempe, ſi vnquam aliàs, ſceptrum ac ſtemma Liliatum, cuius odor non in locis modo expoſitis, ſed per magnum & ſublimem aera ita diſſlatur, vt croceis Auroræ floſculis & circunfuſæ albedini nonnihil de ſuo mutuet vel impertiat. Corona, inquam, regalis tremulum iubar crebris adeò, & gemmatis igneculis emicat, vt neque tam nobili augurio ab Iuli diuino vertice blanda illa flammula ſe effuderit, neque iuuenis Auguſti capillum pura magis aut lucida orbis rotunditas ſpecies complexa ſit. Subita profectò illa & publica exultatio effecit, vt ſi cui hactenus paulo ſeductiori cor minùs rite ſalierit, idem nunc in læua ſui parte motum aliquem, nouæ proſperitatis iudicem, derepentè ſentiat. neque verò inficiari velim mihi tantùm exinde obtigiſſe boni, vt vix vni è multis mea cedat alacritas. Plurimæ quidem ſunt huius rei, atque haud ignobiles cauſæ, ſiue quis florentiſſimi huius Regni ſtatum conſideret, ſiue quis tot populorum conſtans & vnanime obſequium ſub viridi quidem, ſed cordato in primis & amabili* MONARCHA, *ſecum reputet. Is enim vnius horæ momento od ſexaginta armatorũ millia cauſis prope latentibus in mutuam cladem per Gallias accenſa, & iam periculo propiora vel repreſſit illicò, vel ſedauit penitùs cum*

a 2

" ſcilicet, vt è poeta noſtro id referam · patriis quod defuit armis,
" Territus occubuit mali virtute tyrannus. qui dies certè fuit natalis non ſolùm Vrbis, ſed prouinciarum. At verò vnic hic felicitas huius imperij cumulus acceſsit, Ingens & in ſuo genere Vnicus Cardinalis. cuius in hanc regionem aduentus omnium virtutum comitatu, ac laudum ſerie ſplendidiſsima haud immeritò cenſere poteſt quique Princeps cùm ſit, & quidem vetuſtiſsima ac ſupra omnem fortunæ aleam poſitæ originis, id tamen agit enixè, vt raræ cuiuſdam ciuilitatis reflexu & benignitatis gloriâ ſeſe egregium faciat. Id autem nos potiſsimum excitat, vel potiùs in ſtuporem trahit quod ſuperatis tot Alpium iugis, & emenſo tot viarum difficili & arduo anfractu, velut alter pius, vt ita loquar, Aeneas quaſi nubem erumpens, in hanc amœniſsimam & opulentiſsimam regionem, adeo mirabili & librato allapſu deſcenderis; ac tuum Ilionea, ætatis ſimul & animi canicie venerandum, quaſi prenſâ manu, ad res ante alias glorioſa, & arcana conſilium tam bellè deduxeris. Hic nimirùm licet conijcere quanta fuerit apud nos ea de re gratulatio, quantum in vultu cuiuſque deuotæ hilaritatis decus, atque vt gaudia tot ciuium, pectoris moras indignata, foris prominere, aut palàm exundare potuerint quàm natiua denique Principem iſtius faſtigij propiùs videndi cupiditas inoleuerit tum verò quis credidiſſet Vrbem ipſam, quamlibet ſpacioſam, extra ſuas portas effuſum iri, niſi ocyùs curru quaſi triumphali inuectus tua Excellentia copiam feciſſes non enim quauis tempore & occaſione à Numine conceditur talis contemplatio. cum hoc præcipuè excellas, quod Gratiis, non quidem illis fictitiis, ſed à Pietate ipſa minimè alienis ab incunabulis aut primordio litaſſe videaris. Quid autem fortunatius quã vel eminùs intueri Principem, qui heroi quàm homini ſimilior, à ſummis poſt omnem memoriam Ducibus, & à maximis totius Europæ regibus genus ſuum extrahat? In cuius fronte, & auorum laudata religio, & Patris nulli ſecundi bellica & incomparabilis fortitudo ſubluceat? quique, vt multum per ſe polleat, ex fraterna tamen virtute ac recentibus trophæis vltrò colorem ducit aliquem, idque in votis habet præcipuè vt et nunc, vel abſentis, quam plurimum faciat. ſpectare autem in veſte phœniceâ & pluſquam dibaphã, vel ſanè in oſtro ardenti ac veri luminis radiantem, cum ſuâ byſſinâ & in plicas tenuiſsimas vndulata cyclade, cuius candor adeo niueus & ſubtilis fuit vt è ſubiecta purpura colorem quoque.

minio adſimilem exhiberet. Vnde nec mirum ſi Rex in toto terrarum orbe Nobiliſſimus te, PRINCEPS INCLYTE, obuio & expedito, vt ita dicam, occurſu in hoc Mundi compendium exceperit, ac peculiari quadam comitate amplexatus ſit dum enim te primò conſpiceret memor eſſe potuit non ſolùm Gallica & veſtri climatis historiæ, ſed etiam ſcriptoris illius præclare ſibi olim à me conſecrati, qui de veſtra inſigni propinquitate hæc videtur quodammodo proloqui Nam domus hæc vtroque petit diademata ſexu; Regináſque parit, reginarúmque maritos quinetiam Reges prope innumeros, quales fuere Franciſcus primus & tota Valeſiana poſteritas: matrem enim ille habuit Aloïſiam à Sabaudia heroïda inſignem, quod ſatis euincit Inſcriptio, quæ in ſummo Lutetiæ templo in hunc modum viſitur "Cor magnorum opifex, quæ Francum & viſcera "regem Portauere, ſibi ſunt Spiritus in ſuperos. *Vidiſti etiam,* PRINCEPS INCLYTE, *ni fallor, in porticu Regiâ Carlota à Sabaudia Ludouici XI. vxoris effigiem ſui pulchritudine adeò conſpicuam, vt dea ſimul & regina exiſtimari queat. vt taceam de Indigete illa ſubluſtri Margarita Valeſia, verè proba & erudita Principe, quæ Legum ſtudia, accito Iureconſulto ſui ſæculi præſtantiſſimo, Taurini excitauit Id verò dicam obiter neque abs re, opinor, tantam quoque eſſe filiorum vt vocant, Franciæ dignitatem, ac prærogatiuã vel ex priſcis inſignibus & monumentis, vt iidem reginæ ſint, vel habeantur. quod nouum adeò non eſt Illa ſiquidem dicta eſt olim Regina ſacerdos, non aliam ob cauſam quàm quod eſſet regis filia quinimo Serena filia tantum adoptiua Theodoſy, quamuis nupta Ducis alias eminentiſſimi, regina quoque audiit Sciat itaque Princeps ille magnanimus qui ad tantam affinitatem aſpirat, ſe nihil minus ſatagere aut moliri, quàm vt à regina puella gratiam ineat, neque ſe meliore nota Victoris nomen ac titulos tueri poſſe, aut ſanè promereri. nulla enim corona ſiue muralis illa ſit, ſeu ciuica, vt roſtrata huic Iugali, vt ille ait, coronæ quam ſentio & animo meo percipio vllatenus comparanda eſt ac facilè adducor vt ſperem, omnia ex deſiderio vtriuſque nationis propediem euentura neque enim* REX *noſter optimus idemque tam viuaci* MAGNI *Parentis, nunc tælitis, acumine & Maieſtate pulchre notabilis; ita ſe ad eiuſmodi lætitiam compoſuiſſet, ni eius fuiſſet animi, vt tibi quaſi aliud agendo teſtatam faceret ſuæ deſtinationis ſubtilē iuxta ac beneuolam ſane induſtriam. Quid plura? ipſa Elementa ad-*

tantam feſtiuitatem certatim conſpirare viſa ſunt. nam ſuper ipſo fluminis, in ſe ſub vltimo Inſulæ vmbone coeuntis, alueos confixiles machinæ, & variæ inuentionis, ſi fas, pegmata, adeò celeriter ac de improuiſo ſcenæ Theatralis ſpeciem occuparunt, vt cælo delapſum opus, & à Vulcano ipſo properatum eſſe crederetur. Venère autem protinùs ſpectatum centum quinquaginta plus minus ciuiũ millia, venit nobilitas imprimis, nullo ætatis aut ſexus diſcrimine, in ſtatione eligendâ blandam ſibi facturæ iniuriam. Videre Iouem illum, anxium, & ſi dicere liceat propugnantem, formâ coloſſeâ, Aquilæ perinde vaſtæ inſidentem, vi quadam occultâ & pene aeriâ ſubnixum, ſuoque motu mire agitabilem. ex aduerſo informes Gygantes hinc inde exurgentes, & congeſtis molibus deſauientes, faces denique triſidas & quadriſidas, ac numeroſa fulgura vndique rutilantia, deſuper horrifico ſonitu emiſſa, ita vt non ſolum Arx regia, quam latè patet, cum immenſis porticibus, ſed pons ipſe Henricianus cum ſtatuâ illâ Equeſtri labentibus aſtris prope contermina, & vtraque fluuij ripa intremere, ſed ipſa Vrbs & tota agrorum vicinia ceu Phaethontis in fluenta noſtra lapſuri caſum, aut nouam Ilij conflagrationem formidare vel imaginari viſa ſint. neque enim aliter in diuina Aeneide Sigæa igni freta lata relucent. Atque vnius fere turbinis momẽto ſic audacia illa ac temeritas vindicata eſt, vt ipſi immanes Terræ filij aut tranſixo gutture ignem in viſcera ſua receptum expirarent, aut poſt paulò tabe ſulphurea cooperti, ceu languidi & palpitantes interirent. Vix equidem arbitror Quados, gentem ferociſſimam iucundius præbuiſſe M. Antonino Cæſari ſpectaculum. vbi ſcilicet eorum capita flammâ irriguâ ſub galeis vſtulata ſunt, & cuſpis enſium liquefacta canduit ſimul & in ſolum effluxit. Et tamen hæc tantùm fuere Spectaculi Gallici primitiæ. In altera ſiquidem planicie, cui nami, Argo ipſa ſtellatior, ſubiecta erat, Solis opipare capellati, & aurea bractea ſplendidè inducti facies verſatilis, in prealta Pyramidis apice, renidebat & circa baſin ipſius varia diademata, & argenteæ creſcentis Lunæ ſimulachra, terſe quidem leuigata, ad ſui prope inuidiam effulgebant; cum aliis figuris quas, vel inuitus, prætereo quæ omnia quaſi automata opportunè adeò emicuerunt, vt ſonora tempeſtates, & tonitrua flammantia, cum tractibus longis, & albentibus fauillarum ardentium lanceis, & trabibus inibi verè ad poetæ maximi deſcriptionem ac typum exprimi viderentur. Ad hæc tumido

per nubila ſerpentes, imò dracones, in ſpiras & ſcintillas quaſi ad REGIS *arbitrium excitati, & anguem illum, qui inter geminos triones quid glaciale ſibilat, imitati, ſeſe, qua dabatur exitus, iunctim initio, deinde mira & prope innumerabili diuiſione in auras effundere; ſideribus planè argenteis, vt vult naturalis hiſtoria, ex eorum lingua vndiquaque & numero infinito deciduis ac defluis. Cum fluuius ipſe fundo imo exæſtuant, pilas igne concepto grauidas in ſumma vnda quaſi datatim ſalientes, & flammam altè crepitantem enomētes, natura ipſa demirante, tua Celſitudini repræſentaret, voluptate quidem cernentibus metuenda, ſed & timore apprimè latabili. Denique vt de re haud planè abſimili ex antiquitate ipſa eloquar, miro totius populi applauſu & inſigni commotione artifex illa machina ſe probanti dum ignis ille innocuus, Attollitque globos flammarum & ſidera lambit. dum orbis flammeus inter denſiſſimas vmbras ſplendidè excaleſcit, qui vel coronā Ariadnes ſuperauerit, ac polus ipſe tot ignibus varia ſpecie coruſcantibus, ſubitò eluxit; vt neque nocti ipſi quamlibet ingruenti quidquam interim obſcuritatis liceret. hic erat, ſcilicet, flammarum chorus ſparſim in aſtra ſeſe efferens, hic mulciber per tabulas impune volitans. hæc fida incendia, & citatus ignis qui ad Th. Manlij ludos conſulares deſignatus eſt. At enim,* PRINCEPS ILLVSTRISSIME, *hoc in primis notatu dignum, quod cum aliquot poſt diebus, in celſa quidem ſed terris vicina regione, crinitus ignis quaſi reſiduus & ex tot nuperis ſcintillis cum quadam exili & dædalea ſtructura conflatus, appareret, nemo ex tanta multitudine quid ſiniſtri aut infauſti ominatus eſt quin potius vox vna fuit populi totius facularum eſſe illam ſingularem ac præcellentem quam Regia manus erat paulo ante iaculata & vero neque prodigiale rubuit, nec lugubre micuit, vt illa meteora, quæ ex halitu ſicciore terrarum vim igneam accipiunt, aut denſiore nubi obiecta radios ſolis mentiuntur. quin potiùs in ſpeciem Iridis colores multiplices, & oculis iucundiſſimos obtulit; laureæ potiùs & palmæ quàm cypariſſi inuiſæ vllo indicio qualis fuit pridem fax illa comata quæ Honorio Imperatori, vix ephebo, victoriam de Getarum principe, non ſine rei euentu, ſpondere viſa eſt. Vt vt ſit, verum ſata prudentia maior Atque hæc ſaltem animi cauſa, vel potiùs tui iterum oblectandi gratia, hortatu inſuper exterarum gentium dicta ſint, & quidem ſubita, neque plus ſatis meditata oratione. Supereſt id vnum, vt aperiam ingenuè tibi*

PRINCEPS BENIGNISS. *quæ me ratio impulerit ad hoc munus literarium tibi hodierno die offerendū. Id equidem tua Virtus, in aliis certè rariſſima, præclarè effecit ſed enim cùm venit mihi in mentem Magnanimus* CAROLI EMANVELIS *Ducis toto orbe celebratiſſimi & munificentiſſimi, quem & nos hic tribus ante luſtris vidimus, ſit neſcio quomodo vt ſe magis magiſque venerer ac ſuſpiciam vt verò tibi ſit manifeſtior meus erga domum veſtram propè incredibilis affectus dicam liberè, me quod pretioſiſſimum habui vobis ante triennium dedicaſſe Filium ſcilicet meum, vix annorum viginti trium iuuenem vt qui minimè imbellem nec indoctum & ſpectatiſſimæ probitatis. qui cum in Parentis tui exercitu primò ſignifero, deinde centurionis gradum, hoſte ſubacto, ſine controuerſia meruiſſet, Vercellas quæ vrbs ditionis veſtræ clariſſima eſt, tali ſucceſſu elatus ſe contulit vbi cum per aliquot menſes obſidionis pericula & aſſultus ſocius aliquot ſtipatus grauiter & animosè ſuſtinuiſſet, tandem ignito cannæ lethalis globulo è medio ſublatus eſt, cæli conuexa petiturus atque ita animam pro ſuo tunc Principe volens nec ſine gloria efflauit quod vobis quia notum eſſe potuit, ſed ne prorſus memoriâ excidat vehementer etiam atque etiam opto. Vt præſertim tibi perſuadeas,* PRINCEPS ILLVSTRISSIME, *Iuuenis adeò ſtrenui & vobis mirificè addicti patrem, etiam id ætatis, quiduis ſubiturum quo ſuum vobis deuotum, ac fidele ſeruitium re ipſa comprobare poſſit Faxit verò Deus, vt omnia tibi ex voto meo impenſius humili, tuique animi ſententia in futurum quoque eueniant. Lutetiæ Pariſiorum, Anno Salutis* CIƆ IƆC.XIX. *Kalendis Ianuary.*

TVÆ INCLYTÆ ET EXCELSÆ VIRTVTI
DEDICATISSIMVS,

ST. CLAVERIVS in ſuprema Curia
Pariſienſi Aduocatus.

CERES LEGIFERA.
SIVE
IPSIVS, PIGNVS AMISSVM toto orbe inueſtigantis, mira ſedulitas.

ARGVMENTVM.

CERES, vt videre eſt ſub finem libri Tertij de Raptu, curruelata Scyllam prodigijs latrantibus ſuccinctam vtcunque emenſa, iter aerium perſequitur; ac facibus nocte intempeſta accenſis maria ac terras, omnes denique, ſi fas, orbis angulas explorat; ita vt quaſi amens animi ſæpe viam eandem relegeret. Max illa, ſiue id caſu euenerit, ſiue regionis Atticæ amore, ibidem conſedit ac Celei tenuis fortunæ hominis caſam ſubire dignata eſt vbi Menalina vxor de filij ſui valetudine plus ſatis anxia diuam excipit tum Ceres noua quodam & formidabili medendi genere ipſi opitulatur qua factâ puer, Triptolemus nimirum, conualuit. exinde illa anguibus in altum erecta, ſuis deniuò erroribus defungitur ac tandem nimia æſtu fatigata, & ſiticuloſa cuiuſdam anus Magnira nomine tugurium intrare cupiens, à filio ipſius Stelle procaci adoleſcentulo, dum bibit paulo auidiùs, deriſa eſt qua re offenſa ipſum polenta aſperſum in Stellionem conuertit currúque iterum aſcenſo, vel ſale vt multùm ardens, filiam inueſtigat. At Iuno, quamlibet infeſta, dea tot modis ſollicita & languida tandem miſerta eſt. atque Irin excitauit, & ſubmiſit quæ ſua viridanti & amœna temperie nimium calorem

aliquâ ſedaret. Cuius rei beneficio cùm Ceres iam polo vicinior ſtellas Arcticas vt minus mobiles & occiduas rogaret, vbinam filia inueniri poſſet ad Solem ablegata eſt, qui quidem omnia ſuis radijs colluſtrat ac detegit à quo protinus ad Iouem ipſum remittitur. quò cùm deueniſſet ſupplici oratione habita, leni atque amabili reſponſum accepit. At enim Mercurio ad inferos miſſo, indéque reuerſo agnouit filiæ nuptias & ſortem regiam quæ tamen minus contenta Iouem obſecrat, media ſaltem anni parte apud ſuperos degere ipſi liceat. cui rei Iuppiter volens aſſenſum præbuit. Paucis verò ac leniter in gratiã iuuentutis explicare libet hoc opus, ne cui forte hæc mantiſſa abſonũ vinci vel premi poſſe videatur. Ceterum quod ad mythologiam attinet: Porphyrius ait Bonam quoque deam nominari Proſerpinam, et eadem ſit cum matre nempe ſeminum Dea. hæc verò à Plutone rapta eſt Cerere abſente in agris enim excolendis cum oculus Domini requiratur & manus, non mirum ſi ſterilitas contingat ijs neglectis ac in maciem & glareas induratis, quod non niſi labore ſæpius iterato poteſt reparari quod in Cereris erroribus hoc poematio deſcriptis, clarè & copiosè indicatur.

CERES LEGIFERA.

Legifera per matris iter, flexúſque draconum
Aerios, mundique plagas non deſide pennâ
Me noua vis errare iubet. licet accola Nili,
Muſarum antiſtes ſua per veſtigia ductum
Indignetur opus ſed enim certiſſimus auctor
Imperat, atque auſis ſpondet iuuenilibus auram.
Nec fas eſt renuiſſe viro, quem Iuris & æqui
Diua potens reuerenter habet, quo præſide rerum
Ipſa videt ſua templa coli & ſpirare columnas.

ANNOTATIO.

LEGIFERÆ Ouid. v. met. de eadem: *Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.* Virgilius: *Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæ.* Æneid. quarto inde ſchema Iuſtitiæ cum lance gemina, aut Virginis ſpicum tenentis quale viſitur in faſtigio ædis B. Mariæ à campis, vt vocant, in ſuburbio Pariſienſi quod ab operarius figuræ ignaris fortè in viciniâ repertum, ibidem ornatus cauſa collocatum eſt. Ceres profectò Iſis quoque dicitur, quam ſine dubio circa I. Cæſaris tempora, fæx populi venerata eſt eiúſque ſtatua haud ita pridē, eiecta & diſrupta fuit. Paſia autem vel Pharia Iſis in veteri nummo viſitur, eámque Iulianus coluit; quod non de nihilo eſt PRÆSIDE. Quis verò titulum hunc iam inde à pluribus ſeculis eximie conſecutus eſt, aut in quem veriùs cōpetat, quàm in eū qui eſſet in Gallia Ciuilis prudentiæ ac totius litteraturæ decus? Noui enim pridem qui Claudiani libros de Raptu tanta cum voluptate legeret, vt iniquo proſſus animo ferret iacturam libri quarti quam deſignabat antiquum ipſius exemplar. Hoc certè pœma ſaltem in vita tanti memoriam ad Solis radios probari ſuſtinuit.

VT Dea ſurgentes ſcopulos, auidámque Charybdin
Liquit inops, ſpumante ſalo: reuerentia ceſſit
Numinis, attonitæque prius, Niſcia monſtra
Inſultant ſtridore canes. metuenda voluptas
Damna moræ, pacíſque ſubit conſima rumor.

ANNOTATIO.

VT. Poſtquam, vbi primum. ὅπως, ἐπεὶ Virg. *Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce Extulit* Idem vt veriſimile eſt in Eclogis, *Vt vidi, vt perij* ex Theocrito ὡς ἴδον ὡς ἐμάνην quem geminauit diuerſo tamen ſignificatu nulli gratiam perire fas eſt, eo loci *ως ἰδες, ως ἐμάνην*. SVRGENTES Apud Claudianum in Præf. Epithalamij Hon. *Surgeret in thalamum ductus cum Pelion arcu* popularitere quidem, ſed & figurate Ouid. 1 met. *ſubſidere valles Fronde tegi ſiluas, lapidoſos ſurgere montes*. Virgilius verò li. 1 Æn. *Hinc atque hinc vaſtæ rupes geminique minantur In cœlum Scopuli* SCOPVLOS σκόπελος, ἀπὸ τοῦ σκέπτεσθαι inde σκοπιάζω Scopuloſus. CHARYBDIN. hæc dicitur χάρυβδις, id eſt vortex maris. Ouid. li. 14. met. de Scylla & Charybdi. *Cum ſua fœdari latrantibus inguina monſtris Aſpicit, ac primo credens non corporis illas Eſſe ſui partes, refugitque abigitque timetque Ora proterua canum.* deinde *Scopulū quoque nauita vitat* *Hunc vbi Troianæ remis auidámque Charybdin Euicere rates* PREVS Ceteris ſcilicet, reſpectu, & reuerentia quod & Claudianus apertè indicat ſub finem libri tertij. eâ vero longiùs remotâ canes illi ſuum latratum geminant. Ouid. *Effuge ad Syrtes, & te Zanclæa Charybdis Et vos Niſæi naufraga monſtra canes*. lib. 4 Faſt.

Inde ſinus Hadriæ campóſque immanè liquentes
Præterit, ac magni ſedat veſtigia motus
Imprudens, neſcitque ſuo vada cærula Nerei
Aduentu poſuiſſe minas, conſidere facta
Valle Thetin, mites ſpirare ſub anguibus auras.

ANNOTATIO

SINVS Græcis eadem propè ratione, κόλπος Κορυδιακός Latini quoque ad velamina corporis & ornamenta tranſtulerunt vnde apud Fabium *Sinus decentiſſimus* ſupra imam togam, & qui ſub humero dextro ad ſiniſtrum obliquè ducitur. vnde apud Statium, *Ener-*

necſimus. LIQVENTES. Sic vſus Lucretius, ſic etiam Virgilius. HADRIA autem neſcio an aſpirationem recipiat. certum eſt tamen, ex veteribus nummis, Hadriani Imp. nomen ſpiritu illo ſignaᵭ, quaſi honoris cauſa. quod poſteritas in magnis nominibus ad faſtidium vſque obſeruauit. Virg. *Sonat longe vagus Adria ponto.* Horatius mare Adrianum vocat. magnus Turnebus vt erat leuis leniter quoque nominari amabat græca imitatione. VADA. Vadum propriè locus eſt ſecurus vnde quis facile ad terram euadat. vnde locus vadoſus Cæſari. βάθος græcis eſt *Res eſt in vado* apud Terent. Poetæ tamen licentiùs vtuntur. MINAS. *Poſmeſſe* ſimpliciter idem eſt. Ouid. *Iam venti ponent, ſtrataque æqualiter vnda,* &c. THETIN. Thetis & Tethys quantitate differunt, & ſcriptura.

Aetnea viguere faces, in tela dies,
Auroraque roſas. miratur Dalmata frondes
Fúlgere, & Illyricum panet alma incendia littus:
Atque aliquis lacero nocturnus nauita velo
Hac flamma quæſiuit opem; dein certus eundi
Lutoreā dentem fixit nouus hoſpes in algā.

ANNOTATIO.

FACES. Ex Luco Ætnæo prope fluuium Acida ſiue *pineæ* illæ fuerunt. flammiferas enim pinus dixit Ouid. quas Maximus vertit *πευκοφόρους πεύκας* ſiue *cupreſſea* vel cupreſſinæ *κυπαρίσσινας*. TELA. Id verò Lucretium ſapit, qui ſolis radios delicatè expreſſit, *Lucida tela diei.* inde Apollo, id eſt Sol dicitur ἑκηβόλος. vnde apud Auſonium in picturam Daphnes quam Deus ille, ſi fas, perſequebatur *Pone arcum, Pæan, celeresque reconde ſagittas, Non te virgo fugit, ſed mala tela timet.* plura in hanc rem videre eſt. Iliad. α. ROSAS. Florum planè epitheton Auroræ roſea quippe oculis vigilum apparet mira cum voluptate. eaque muſis amica vere dicitur. licet Ouidius hoc modo arguat per iocum *Tu pueros ſomno fraudas, tradiſque magiſtris.* Anacreon ex Homero Ῥοδοδάκτυλος ἠώς. Roſeis digitis Eos, vel Aurora quod Auſonius in Roſis imitatus eſt · *Et roſeis manibus ſidera diſſoluerat.* DALMATA. Eſt qui ſcribat Delmata ex priſcis inſcriptionibus. id ſortè concedendum eſt nomini Cæſareo, ſed nomen regionis illius ſic quoque ſcriptum inuenit Claudianus lib. 2. In Ruffinum *Frondentis ad vſque Dalmatiæ fines.* ILLYRICVM. Illyria quoque dicitur. præterea Ouidius *Nec dedignata eſt abiectis Illyris armis Cæſareum famulo vertice ferre pedem.* Cæterum de ipſius diuiſione, ſi te altiora tangunt, vide

Notitiam Imperij Romani quæ tamen paucis obuia eſt. A L I Q V I S. Si omnino Ouid. lib xi met. *Hos aliquis ſenior circumfreta lata volantes Spectat.* de Ceyce & Halcyone. D E N T E M Virgilius vi. *tum dente tenaci Anchora fundabat naues, & littora curuæ Prætexunt puppes.* alia ſunt exempla.

Ah, quoties diffiſa viæ nutante remiſit
Lora manu! quoties crepitans ſcintilla iugales
Subſtitit, acclini dum labitur igne cupreſſus!
Quantus inſtar habet ſomni, vigilantia curis
Corda gerit. veniente metu ſpes vndique ſurgit,
Spe fugiente metus. tandem conſtantia diuæ
Temperat affectus, & ſacri pectoris obſes
Iamiam decidui parit interualla doloris.

ANNOTATIO.

DIFFISA. Quanquam dearum non eſt ſibi diffidere, vt quidem videtur, tamen earum ſors videtur cum aliis eſſe communis. Exempla ſunt apud Homerum ac Virgilium ſatis expoſita. quomodo Auſonius ait *Quoſdam Nolle deos fieri.* ac deinde, ex Marone, Iuturna reclamat. *Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta eſt Conditio?* SVBSTITIT. verbum actiuè poſitum indeeleganter dicimus. *Feras ſubſiſtere* id eſt earum curſum vel impetum morari aliquo teli tactu, aut vulnere tædas efficere, vt ex poeta dicam. A C C L I V I. Quaſi Ceres ipſa tædarum onere manus fatigari ſentiat. I N S T A R. Phraſis illa ſupta in Claudiano patuit. S O M N I. In ſomnia quidem in illa fuit, ſed non mera, quin potius mixtura quadam ſoporis notanda, vt eſſet ſemiſopita verius. Sic vigiles noctes perducere dixit Claud. cum, *nec placidam membris dat cura quietem*, vt Maro extulit. Plinius quoque ſenior dicitur ſomno prope vigili ſub meridiem defunctus, vt eſſet ille *ſomnus inſtans ac deſerens*, eodem ſcilicet momento. M E T V. Id ex Virgilio commodius explicatur, quam ve ſtylo noſtro indigeat. nota ſunt illa. *Spémque metúmque inter.* & *Spem vultu ſimulat* CONSTANTIA decorum hic videtur quodammodo obſeruari. ac emendari ſiquid erat vitij.

Vt gratæ rediere vices, compago rotarum
Viſa leuis, temo rapitur, minióque rubenti

Criſtarum pinnæ torquataque colla relegent.
Augurio lætata Ceres inſederat axi
Rector, inflexitque comam: creſcente Corintho
Scironis decreuit apex, nec deuius error
Diſplicuit. mirata ſitum regionis amœnæ,
Et ſpeculata deos nuper: legit æquoris vram,
Inde arces alternas quæ turribus explicat vmbras.

ANNOTATIO.

VILOES. Horatius prius dixerat *Soluitur acris hiems grata vice veris & fauoni* & alibi *Mutat terra vices.* LEVIS vides opinio quid poſſit quod & notatum auctor ad Herennium. nihil enim contigiſſe videtur quo minus rotæ ponderis aut tarditatis habeant. Sic Honorius præ alacritate iuuenili galeam ingentem, & fraxinum, ſeu lanceam præentis ſui muris grauem experitur MINIO id eſt, rubro, vel ſanguineo colore minium Iberæ celebratur à Propertio TORQVATA. varius color aut anguinus, aureo & argenteo vel cæruleo mixtus hic depingi videtur. qualem in Phaſiano vel Phœnice notat Lactantius, vel etiam in palumbis aut columbulis. Tib. *Sed caput torquata, Venus è regna columba Ob meritum ante alios guttura ſelba ſices* RELVCENT. Quia prius erant triſti ac lugubri quaſi ferrugine obſita. RECTOR Aurigæ pulchre animati proprium eſt habenis inſurgere atque ita deſcribitur à Virgilio DECREVIT. Statius hunc in modum vſus eſt, atque ipſe Claudianus in Prof quod hunc non retraho. SCIRON. Hic fuit latro inſignis & prædo formidabilis, de quo lib. 1 Rufini DEOS NVPER. vide Panegyr. 4. Hon. de Ino & Palæmone vbi ego plura dicam, ſic, ſemper Deus & ante malorum apud Virg. VMBRAS Statius lib. 7. Thebaidos *Iam primis Gradiuus equis Ephyrea premebat Littora, qua ſummas caput Acrocorinthus in auras Tollit, & alterna geminum mare protegit vmbra* vnde hæc delibata, non nolente Claudiano qui poëtã hunc in ſinu fouebat.

Non aliter quàm vere nouo Pandionis olim
Nata leui lapſu gelidas euerberat vndas;
Excitaque audaci volitat per nubila gyro,
Luſtratat reditura vias, quàm limite recto
Viſat honoratos Domini gauiſa penates.

ANNOTATIO.

PANDIONIS. Hic rex fuit Athenarum, cuius filia Progne in hirundinem verſa eſt, eiúſque ſoror in luciniam. Ouid. vi. met. de Tereo: *Flet modo ſeque vocat buſtum miſerabile nate. Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro. Corpora Cecropidum pennis pendere putares. Pendebant pennis quarum petit altera ſiluas, Altera tecta ſubit.* Idem: *Tunc blandas ſiles ignotaque pendit hirundo, Et luteum celſa ſub trabe fingit opus.* LVSTRATAS. Ouidius 4. Met. de Perſeo. *Deſpectat terras totumque ſupervolat orbem, Ter gelidas Arctos ter Cancri brachia vidit, Sæpe ſub occaſus ſæpe eſt ablatus in ortus.* Virgilius inſuper de hirundine: *Nigra velut magnas Domini cum diuitis ædes Circuit, & pennis vacua atria luſtrat hirundo.* cuius loci ſetis hic deprehenditur imitatio. QVAM. id eſt, priuſquam more antiquo.

Dum loquor Iſthmos abit, pereunt tua vota, Palæmon,
Leucotheaque ſinum fugitiua eluſit imago.
Stat ſuper aerias Aſiæ, dein Helladis vrbes,
Mœniaque & lucos. Pirei marmora portûs
Lugebant ab inerte ſitu. namque innuba Pallas
Triſtis adhuc, raptaque memor ſeceſſerat antro
Atthidis, ac tanta minuebat amara querela.

ANNOTATIO.

PALÆMON. Athamantis vxor fugiens maritum miſero furore correptum è ſcopulo præcipitauit vnà cum filio quem tenebat, eus verò Neptunus precibus Veneris in deos mutauit. Ouidius 4. met. *Annuit oranti Neptunus & abſtulit illis Quod mortale fuit, maieſtatemque verendam Impoſuit, noménque ſimul faciemque nouauit Leucotheâque Deum cum matre Palæmona dixit.* Cic. 1. Tuſc. Quid? Ino Cadmi filia nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris? PIREI. Portus ille Athenarum nobiliſſimus olim, & litteris Sagræcentium pulchre conſignatus. Ouidius de Cerere lib. 4. Faſt. *Sagræcentium expoſitum Pireâque tuta receſſu Linquit.* Idem: *Per que vrbes, Aſiæ longum petit Helleſpontum.* PALLAS, Ouidius tamen lib. 2. triſtium atque ipſam peccati licet innuba dicatur, dolet autem hic quod Proſerp. ſe vidente rapta ſit, quod videre eſt lib. 2. de Raptu,

At parte ex alia bigis allapſa reſiſtit
Debilis, ingenuamque Ceres ne læderet herbam
Dignata eſt duri captare ſedilia ſaxi.

ANNOTATIO.

SAXI. In terram Atticam Ceres allapſa ibi conſedit paululùm quod & teſtatur Ouidius lib. 4. ſæpiùs citato. *Hîc primum ſedes gelido mæſtiſſima ſaxo, Illud Cecropidæ nunc quoque triſte vocant* Sub Ioue durauit multis immota diebus Et lunæ patiens & pluuialis aquæ. Idem: *Quid magis eſt durum ſaxo?* quid mollius vnda? Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua. Virg. *ab ſilice in nuda connixa* Claud. 4. Conſ. Honorij *nec inhoſpita Cyrebs Saxa tuis artus duro laſſere cubili,* quibus patet ſaxi durities quæ deam quoque infeſtarent.

Fortè ſenex illa tenuem regione locarat
Cum parua conſorte caſam: cannaque paluſtri
Certabant ſtipula, viuiſque à culmine ceſpes.
Filius vnus erat miſeris, vitamque trahebat,
Et ſæpè obſeſſas motabat filia cunas.
Dum pater è ſiluis ramalia portat in ædes,
Curua ſubit coniux: quos vt de limine virgo
Vidit, ad hos pernice tulit ſeſe obuia plantâ.

ANNOTATIO.

SENEX Hæc Ouidius eodem loco explicat. *Fors ſua cuique loco eſt, quæ nunc Cerealis Eleuſis Dicitur, hîc Celebrata fuere ſenis.* CASAM. humilem ſcilicet, & depreſſam, & frondeam. Virgilius. *Panporie & tugurî congeſtum ceſpite culmen* Ouidius caſas venuſte deſcribit in faſtis qua in re excellunt poetæ Latini inde ridet Perſius Sat. 1. *Nugari ſolitos græcè nec ponere lucum Artifices* vide reliqua. FILIVS. *Et tener in cunis filius æger erat.* de filia quoque idem Ouid RAMALIA de patre Ouid *Portat & arſuris arida ligna focis* quem vide.

Haud procul inde Ceres faciè ſubluſtris anilis
Adfuit, acclinis trunco: nam frigus aquarum
Captabant roſei vicina valle dracones.

Vtque ſenes videre deam, de limite paulùm
Flectit vterque pedes, addiſque precantia verba:
Illa nihil. mitra geminas obduxerat aures
Singultu concuſſa nouo. nutúque verendo
Signa dedit. dum vox ad linguæ ſepta rediret.

ANNOTATIO

ANILI. Ouidius *Illa negat; ſimularat anum.* TRVNCO. arboris ſcilicet hæc ſaxo vicinæ. PRECANTIA *Perſiſtit & ſenior, quamuis onus vrget, & orat Tecta ſua ſubeat quantulacunque caſæ.* MITRA. Id quoque firmat Ouid. eodem loci. In Epigr. Virgilij *Copa Syriſca caput graiâ redimita mitella.* Sed enim ea Phryges quoque vſi quod ipſis apud Virgilium obiectatur *Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ* inde & *Mæonia mitra.* græca autem vox μίτρα acu vero pictas fuiſſe indicio eſt verſus ille Ouidij *Ille etiam pictâ redimitus tempora mitrâ.* VOX. Interclusa nimirùm quòd notum ſepta ad Claudianum. SEPTA. Ex Homero deductum, qui tamen ſepta dentium indicat Odyſ. ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων, quale verbum exit ſeptum dentium? Lingua vero noſtra auctore Tullio, plectri ſimilis dicitur, & dentes chordarum. quod quidem bellè comparatum eſt.

Sis felix, iucunde ſenex. & filia meſſes
Olim æquet primæua tuas; nec ſorte malignâ
Experiare meos, fida cum coniuge, queſtus.
Dixerat. humor aquæ viſus ſtillare genarum
Per ſulcos & aperta ſinus, non fibula veſtem
Detinet, euerritque ſolum ſinuamine limbi
Vtque erat, egit iter. doluit ſacrata leuari
Membra lapis, tuguríque beat clara hoſpita limen.

ANNOTATIO.

SIS FELIX Ouidius 4 Faſtorum *Soſpes eas, ſempérque parens,* mihi filia rapta eſt Heu quanto melior ſuſtua ſorte mea eſt. Cui ſenex reſpondet *Sit tibi quam raptam quereris, ſit filia ſoſpes* Surge, nec exiguæ deſpice tecta caſæ VISVS STILLARE lacrymæ enim ſunt eiuſmodi, quæ viros aut feminas, mortales denique aut heroas

non dedeceant. apud Homerum ſanè viri boni & generoſi ad lacrymas quoque ſunt procliues vel lacrymabiles ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες Æneas quoque lib. vi. *Sic fatur lacrymans* At verò dij magni, deæque ſibi hac in parte minùs indulgent vel vbi commotio maior eſſe videatur neque in eos cadit illud Virgilij *Quis talia fando, Temperet à lacrymis?* Ergo hic locus non ſine temperamento & ſubtili quadam argutiâ vel, nouo dicendi acumine aut compoſitione deſignari poteſt quam in re præcipuè Iuriſconſulti excellunt. cum nobis delictū à Quaſi-delicto ſeparant, figurâ quæ dicitur ὑποδιαστολὴ quam Ouidius vt eſt ingenioſus venuſtè expreſſit, de Cerere ipſa Dixit & *vt lacrymæ*, nec enim lacrymare deorum eſt, Decidit in tepidos lucida gutta ſinus. Supra tamen Pluto *Lacrymas ferrugineo amictu detersit* nequid ſcilicet præter decorum admittere viderentur. deterſit inquā ſubito, vt ſuos amantis miſeri fletus diſſimularet ſibi nimirum conſcius diuinitatis ſuæ, quæ tamen Amori ceſſit. LAPIS, Ouidius. *Sequè lenat ſaxo, ſubſequiturque ſonum.* de eadem.

Menſa bipes, vnoque minor fulcimine pridem
Erigitur, ſubeunte nouo. quin lectulus arti
Concolor indigenas deterſit puluere næuos.
Vermiculo emblema nitet, felixque lacunar
Aſperſu maculas nigræ fuliginis albo.
Ruſticitas non tota perit, ſed ſimplice cultu
In lare munditiès non affectata renidet.

ANNOTATIO.

BIPES. Martialis lib. xiv Ibat tripes grabatus & *bipes menſa.* Ouidius lib. 8 met. de Philemone & Baucis deos hoſpitio tenui excipientibus Accubuere dei. menſam ſuccincta tremenſque. Ponit anus. *menſæ ſed erat pes tertius impar; Teſta parem fecit, quæ poſtquam ſubdita cliuum Suſtulit æqualem menſa extergere virentes.* LECTVLVS. Ouidius *In medio thorus eſt de mollibus vluæ Impoſitus lecto* NÆVVS. Alluſio ad menſas cedrinas, aut ex alia materiā, quarum ſuperficies vndulata eſt. ac næuos exhibet aſpectu iucundos Idem poeta aliā dere. Hic vndas imitatur, habet quoque nomen ab vndis Ceterum gratia illa ſæpe videtur facies in qua næuus aliquis apparet. quod & antiqui prodidere EMBLEMA Opificum ars illa eſt, hic verò natura vermiculatio emblematis ex veteri poeta ſatis nota eſt. ... ... FVLIGINIS. Virg *nigro fuligine poſtes*

Celidæ intereà medicata papauere multo
Frons madet, internis oblinia lapſa medullis.
Repit enim blandita quies, & fuſa per omnem
Temperiem, aſtantes deluſit imagine lethi.

ANNOTATIO.

CELIDÆ. Filium Celei ſenis ruſtici ac Menalinæ intellige, qui quidem poſteà dictus fuit Triptolemus. MEDICATA. Ouidius *medicatu papauere frontem Nox venit.* Idem de puero ægrotante Dux comite narrat quam ſit ſibi filius æger, *Nec capiat ſomnos*, inuigiléque malis, deinde *Colligit agreſti lene papauer humo.* IMAGINE. Inde Naſo. *Stulte quid eſt ſomnus, gelida niſi mortis imago?* Longa quieſcendi tempora fata dabunt. Plinius verò de papauere erratico *Alium exinanitum capita quinque decocta in vini tribus heminis pota, & ſomnum faciunt.* BLANDITA. Somnus enim res eſt blandiſſima. vnde lib. xi. Met. *Somne quies rerum, placidiſſime ſomne deorum.* ac de domo Somni. *Ante fores antri fœcunda papauera florent.* Fuctus verò Deus, quia teſte Cic. voluptatis blanditiis non facile obſiſtimus.

Protinus obriguit; nec iam Menalina premebat
Exequias, caram lacrymis læſura fauillam:
Sed mox pallor abit, placitæ ſed gratia formæ
Verna redit, tenuique rubens aſpergine malas,
Lilia cana refert folijs intexta roſarum.

ANNOTATIO.

MENALINA. De hac Ouidius & de Cerere eaſam ipſius intrante Matre ſalutatâ *mater Menalina vocatur* Iungere dignata eſt os puerile ſuo. idem Limen vt intrauit luctus videt omnia plena, *Iam ſpes in puero nulla ſalutis erat.* Idem poeta aſſerit vnico Cereris oſculum effeciſſe vt pueri quodammodo reuiuiſceret *Pallor abit*, ſubitaſque vident in corpore vires, Tantus cæleſti venit ab ore vigor. LÆSURA. Sic Tibullus *Tum manes ne lædemeos* ſed parce ſolutis Crinibus, & teneris Delia parce genis Horatius *Tu ſemper vrges flebilibus modis Myſten ademptum* Idem *Debita ſparges lacryma fauillam Vatis amici* LILIA. hæc ferè cum roſis mixta reperias in ſcriptis poetarum Anacr. *Ῥόδα λείρια πλέκοντα.* Auſonius: *Confunde ro-*

ſas & luta miſet. Quaque erat excuſſo colore aëris, ipſe ſit aris ex quibus conflatur *viuus* Claudiani *color* apud Arnob. Christicato efflotuit. pluſa alibi & quidem ſubtilia in hanc rem afferemus.

Stat puero florente domus. tum vimine glandes
Expediunt, & lacte deam pomóque fatigant.
Faginus illinitur crater, quem lympha perennis
Impleuit: ſed vota Ceres, non dona, recepit.

ANNOTATIO.

DOMVS. Ouidius: *Tota domus læta eſt* hoc eſt matérque paterque, Natáque tres illi, tota fuere domus FLORENTE. Huic nonnihil reſpicit illud Horatii. *Inſtar veris enim vultus vbi tuus Affulſit, populo gratior it dies.* GLANDES. Eo quippe tunc redacti deorum mortales erant. lib. 2 de Raptu. Natura nouerca dicitur quæ prius mater fuerat: deinde *communia pabula glandes* LACTE. Baucis anus ruſtica lib. 8. Met. diis parat edulia quæ ſunt eiuſmodi ſinceræ bacca Mineruæ Conditaque in liquida corna autumnalia fæce, Intybáque & radix & *lactis maſſa coacti* Ouaque non acri leuiter verſata fauillis; Omnia fictilibus. Idem 4. Faſt. Mox epulas ponunt: *liquefacta coagula lactis, Pomáque.* FAGINVS. Ouid. in Met. vbi facta eſt mentio fictilium: poſt hæc cælatus eodem Siſtitur argento crater fabricatáque fago Pocula. NON DONA. Ouidius: *Abſtinet alma Ceres.*

Nox erat, & querulæ quà pars adaperta feneſtræ
Luna repercuſſis tremulum vibrauerat arcus:
Suſtulit è cunis infantem diua, renaſci
Quò poſſet meliore notâ, dein obruit igni.
Territa conſurgit mater, prunaque fideli
Eripit, officio iniuida & crudelis eodem.

ANNOTATIO

NOX ERAT. Ouidius *Noctis erat medium, placidique ſilentia ſomni* SVSTVLIT. Triptolemum gremio ſuſtulit illa ſuo in Faſtis. NOTA. Ouid. in Met. Attuſit modo ſum cæleſti ſtirpe creatus *Ede notam tanti generis* Videtur ſane, ſiquid ul eſt, ſumptum ex nota uel ſigno, vt Perſius loquitur, lagenarum. quarum nota melior

erat quoque vini melioris index. vnde apud Horatium: Seu te in remoto gramine per dies Feſtos reclinatum bearis *Interiore nota Falerni.* I G N I. Ouidius. *Omnia purgat edax ignis.* Vtq; *omne per ignem Excoquitur vitium.* Scitum eſt quod Medea præſtitiſſe dicatur in Æſone renouando Ouidius. Inque ſuo corpus pueri viuente fauilla Obruit, *humanum purget vt ignis onus.* Idem de Hercule: *quodcunque fuit populabile flamma.* T I M I D A. Idem: *Stultè pia mater.* deinde, Cui dea: dum non es, dixit, *ſcelerata fuiſti.*

Sed tamen vnde ferat tanti diſpendia lucri
Solamen mortalis habet. nam vomere primo
Findit humum, ſteriléſque puer fœcundat ariſtas.

ANNOTATIO.

DISPENDIA. Quippe lucri fecerat puer immortalitatem ni matris officium, aut ſedulitas præpoſtera tanto beneficio obſtitiſſet. Viuit tamen ipſius nomen, nec vna cum ipſo interiit. vnde Ouidius Iſte quidem mortalis erit *ſed primus arabit Et ſeret, & culta præmia tollet humo.* Idem poeta lib v. Met. de Cerere Atque leuem currum Tritonida miſit in vrbem Triptolemo; *partimque rudi data ſemina iuſſit Spargere humo, partim poſt tempora longa recultæ* Idem paulò poſt ſub perſona pueri. Patria eſt claræ mihi, dixit, Athenæ Triptolemus nomen, veni nec puppe, per vndas, Nec pede per terras. patuit mihi peruius æther *Dona fero Cereris.* Puer autem dicitur à Virgilio quia fortè nunquam ſeneſcit meritorum gloria, atque in perpetuum efflorescere creditur aliâ tamen ratione Achilles ab Horatio puer natus Thetide vel Bacchus Semeles puer quia mater eorum nominatur Et tamen Tibullus dixit *Solis æterna eſt Phœbo, Bacchoque iuuenta,* Et decet intonſus crinis vtrumque Deum.

Seruat honos ſedem. non hæc tibi gloria Cecrops
Eſt oneri: delubra colis contermina cælo
Matris Eleuſinæ. nec fida ſilentia rumpis.

ANNOTATIO.

HONOS. Virgilianum hoc ex vii. Aeneidos. *Et nunc ſeruat honos ſedem tuus,* oſſaque nomen Heſperia in magna ſiqua eſt ea gloria ſignat. vbi quidam non immeritò dicunt eſſe figuram ... CECROPS. Primitiua ſpecies. Sic apud Catullum & alios vel

Romuli vel Remi pro Romanis ipſis dicuntur. atque hic Cecropidæ vel Attici intelligendi ſunt. DELVBRA pars templi anguſtior, ac media. ELEVSINÆ Eleuſis *Athenis* aduentum deſignat, Cereris ſcilicet. FIDA Maro *hinc fida ſilentia ſacris.*

Mox abit illa domo. traxitque per aëra nubem
Ingentem, emittunt rapidi ſuſpenſa iugales
Sibila, & Aegæum criſpando obmurmurat æquor.
Cycladas exuperat. dein alto emenſa volatu
Ionium, incumbit frænis, pontóque propinquat,
Fertur vbi iuuenis feciſſe pericula ceræ.
Atque Athamanteæ ne caſibus ingemat Helles,
Seſti primitias oriente relinquit Abydo.

ANNOTATIO

NVBEM. Ouidius 4. Faſt. Dixit, & *egrediens nubem trahit.* inque dracones Tranſit, & aliſero collit in axe Ceres. ÆGEVM. Mare illud magnis olim vectoribus nobilitatum Romanis præcipuè in Græciæ vrbes virtutis ac ſtudiorum cauſa ſe conferentibus teſtes Cato, Cicero, Virgilius, ac Propertius, aliique plures. vt bellatores omittam. CRISPANDO. Id eſt dum criſpatur apud Virgilium quoque ſimili modo dicitur *Vtque vndendo Femina* id eſt, dum conſpicitur paſſiuo ſignificatu ſic buxus arbor *criſpans* cacumine dicitur quia vento mota auctore Plinio *æſtus vndarum* imitatur. Idem dixit, Leonem eſſe genus compactile & *criſpantibus iubis*, ex Ariſtotele. dixit quoque ſpinæ materiem *criſpiores elegantiæ* quod cōuenit æquori prope tranquillo niſi quod aurā tenui perſtringitur. CYCLADAS Inſulæ ſic appellatæ, quod in circuli ſpeciem ſeſe habeant. unde κυκλάζω, circumeo κύκλος circulus Cyclas quoque apud Iuuenalem veſtis genus eſt. *Hi ſunt qui ſenum ſudans in Cyclade* vbi molles & effeminatos carpit. cuiuſmodi velamina vel rotunda vel orbiculata erant. EMENSA dictio minimè vulgaris Ouidius in Faſtis de Hercule: *Emenſus longi Claniger orbis iter.* INCVMBIT. Virgilius in Georgicis id ſatis repræſentat. *rapidiſque rotis inſiſtere victor* quum videlicet peritus auriga equis admiſſis exurgit non ſolùm, ſed etiam quaſi propendet in habenas IVVENIS Icarus. vnde Ouidius *Icarus Icarias nomine fecit aquas* Idem met. 8 rapidi vicinia ſolis Mollit odoratas *pennarum vincula ceras* HELLES Helleſpontum deſignat, & vrbes ad eum ſitas

Nec mora, poſt pictos viſit Bactra vltima Seras:
Mox Syriam, Aegyptumque ſecat nam dædala Memphis
Miſerat in celſas nondum miracula nubes:
Nondum Apis mugire valet: non tinnula ſiſtri
Implet ouans reboante ſono: non cornua fronte
Exerit, aut ceruice alta deſignat aratrum.

ANNOTATIO.

BACTRA de his vide Q. Curtium. Virgilius 8. Æn. de Cleopatra *vtque vltima ſecum Bactra vehit* Bactrianos & Indos coniungit Anacreon. Claudianus in 4. Honorii Conſ. *Vltima* fraternas horrebant *Bactra* ſecures. ſic Catullus dixit horribiléſque vltimoſque Britannos. Hunc verò locum præcepit vel antecepit Ouidius vt olim *Perque vrbes Aſiæ longum petit Helleſpontum* Dineſſumque locis olta peteret iter. *Nam modo thurilegos Arabas, modò deſpicit Indos* SERAS Auſ. velliſluus Ser à velis coloratis DÆDALA. Vrbs hæc magni nominis, magnis olim ingeniis effloruit præcipuè aſtrorum peritia & picturis textilibus nec tamen barbariæ nomen effugit propter cultum vel ſuperſtitionem, in ſacris Apidis quem tamen Titus Cæſar diademate inſignis conſectatus Huius rei pompam deſcribit Claud vt patriæ ſuæ miraculum in 4. Hon. Conſ.

Viderat vt Nili caput, Atlantiſque paludem
Ambiguóſque lacus, & nobilis atria Byrſa,
Tranſit ad Heſperios, niueamque ſuperuolat Alpem.

ANNOTATIO

NILI CAPVT. De hoc flumine ignoti capitis omnes fere auctores, hiſtorici præſertim, diſſerunt variis modis, nec ſine quadam anxietate animi. Dio tamen ſuper ea re gloriatur, ſibique id aſſumit *[illegible]* qui quidem textui ſubſcribit. Plinius verò *Apud Aethiopas fons eſt Nili caput*, vt quidam putant vide Iul. Cæſarem hac de re ſollicitum plus ſatis, apud Lucanum. vide & Senecam lib. VI. Nat. quæſtionum de Neronis inueſtigatione. Claudianus *nec contigit vlli Hoc vidiſſe caput.* AMBIGVOS Idem de amne Æthiopum qui eiuſdem naturæ & qui *Simili mentitus gurgite Nilum.* vt & Claud. BYRSA Vbi poſteà magna Carthago Virgilius lib. 1 Æn. Mercatique ſolum, *facti de nomine Byrſam,* Taurino quantum

quantum poſſent circundare tergo. Auſonius in claris vrbibus de Conſtantinopoli & Carthagine: *Byzantina Lygos, in Ponto Byrſa foſſi.* ALPEM. Ouid. *nec quae in Alpe fera.*

Taurinóſque beat, dein mania nobilis Aſtæ,
Vercellaſque humiles, ſed quas formoſus Apollo
Eriget in turres, & magna Sacraria diuûm.
Sebuſiam inde plagam, & veteres in collibus aras.

ANNOTATIO.

TAVRINOS. Ibi deſignatur ſedes nobiliſſima Inclyti Ducis Sabaudiæ Aliâs Taurinates dicuntur in veteri Panegyrico ad Conſtantinum Imperatorem. ASTAE. Hæc quoque vrbs antiqua & magni nominis cuius meminit Claudianus in vi Honorij Conſulatum *nec plus Pollentia rebus Contulit Auſonijs, aut mœnia vindicis Aſtæ.* VERCELLAS Celebris illa in primis vrbs, de qua iudicare licet ex Epiſtola inſigni B. Ambroſij in cuius obſeſſæ propugnatione filius meus Antonius, belli dux, coronam castrē, ciuicam adeptus eſt. Atque hîc meritò dixerim Auſonij verbis: *Eheu cur ſuperis diſplicere ſic placet annum, Tam longum vt nolint, tam breue vt Animos.* Statius verò dixit *Apollineas Vercellas* honoris causâ. SEBVSIVM. De Sebuſianis libenter mihi ſatiſfacerem ſed alius erit dicendi locus. hoc vnum addam ex illa regione ortum eſſe Ant. Fabrum, virum Illuſtrem, ac ſummæ virtutis & doctrinæ, primum in Sabaudia Præſidem.

Hinc vallem ingenuam, Iouius quam deinde ſeuerus,
Herculij conſors, portis ſimul auxit & arcu.
Mox abit in montes, glaciéque offenſa locorum
Labitur in depreſſa, recens vnde effluit humor

ANNOTATIO

IOVIVS Diocletianus & Maximianus Imp hic intelligendi ſunt quibus cognomina huiuſmodi, à Gallis fortè oratoribus, ipſis indita ſunt; alluſione quadam. primus enim ab Ioue ... ſiue aliis alter ab Hercule qui Maximus à Virgilio dicitur. & cui ara Maxima dedicata eſt. Diocletianus ſanè quamuis Dalmata & Scribæ filius, tamen à principe Iuriſconſulto me audiente ſæpiùs laudatus eſt, ob Iuris peritiam & prudentiam haud vulgarem. quod ex ipſius reſcriptis fa-

cile ſe odotan aiebat, & vero talis in ſuo numiſmate exhibetur, nempe gerens alterâ manu olivam, alterâ membranam involutam quod Schema eſt planè Senatorium abdicavit, quidem ſe Imperio, forſan tædio tot perſecutionum quas vbique terrarum ſuo nomine fieri agnoſcebat neque enim omninò probabile videtur à crudelitate ſuorum iudicum repetita ſupplicia, etiam ſub Conſtantio Pio ſucceſſore ipſius viſitata qui ſanè quantum ad ſe, fauit ex animo fidelium Eccleſiæ Maximianus vero tali collegæ non fuit ſimilis. Poaris Vide Inſcriptiones quas citauit in ſuis actionibus Iuridicis D. Expilius Præſes ampliſſimus in Senatu vrbis à Iouio reparatæ, quæ nunc Gratianopolis Ego ſanè adeo Illuſtri viro & omni virtutum ac litterarum genere abundantiâ me obligatum ſentio, vt nihil non ipſi me debere profitear nuper enim mihi ſpem quoque dedit manuſcripti codicis antiquiſſimi, quo accepto, iterùm Claudiano benignè faciam. Montas Innuit celſa illa & ingentia montium dorſa, quæ per Heluetios tranſeuntibus vndique ſe oſtentant, in quibus multæ aquarum ſcaturigines & tot ſanguidi.

Obuius huic Rhenus, tumidarum rector aquarum,
Inde ferox Albis, qui nunc regione Cheruſca
Agmen agit fluitans, & nomina portat in æquor,
Effuſúmque Salam: nec ſe ferus occulit Iſter
Pannoniæ cumulandus aquis, vbi regia Sirmî
Eſt habitura viros, mundoque datura catenas
Noricus inde axi petitur; nec Rhætia ſaltus
Barbaricos celat, capreaſque in ſaxa fugaces.

ANNOTATIO.

RHENVS Gallicum dixit Catullus non immerito neque abſurdè Notitia Imperij Occidentis, vbi agitur de Galliarum prouinciis. Ceres igitur hunc quoque finium magni nominis, ac terras quas idem alluit ſuo tranſitu dignata eſt. Quod non tacuit Claud. neque ipſe Ouidius Hinc adit Heſperios *Rhenum, Rhodanumque Padumque*. ALBIS. fluuius Variana clade ante victoria ipſi nobilitatus Claud. lib. 1. in Stilichonem *mediumque ingreſſa per Albim* Gallica Francorum montea aequentia peterent. CHERVSCA. Idem, *&* *ingentes Albim liquere Cheruſci* vnde colligitur quæ ſit illa hodie natio. SALAM. Flumen olim à Francis ducibus obſeſſum, vnde & Salij & Salica lex vt voluit, vide quæſo Vadianum. SIRMI pro, *Sirmij*. vbi Gratianus & alij Imp. ſederunt, vide Amm. & Auſonium.

Viderat innumeras, Mæotica regna, paludes,
Quà pars exilij, Troiæ poſt fata, reſedit
Ventura ad Mœnum; dum pluribus aucta trophæis
Cernat Ionis aquas, quem Sequana temperat ingens,
Iſiacúmque ſolum. quà nobilis Inſula binis
Cincta viret fluuiis, & lilia pingit ab auro;
Nunc hera Celtarum, mundique recentis imago.

ANNOTATIO.

PALVDES. In his Francorum gens hæſiſſe aliquot annis ſcribitur ab inſigni Clodouæi regis hiſtorico, qui ante decem ſæcula & plus eo floruit. idque probari poteſt ex veteri Panegyrico. Ammianus certè meminit Priami regis Franci. vnde mihi fit veriſimilis origo noſtra è Phrygia. MOENVM. Huc flumen ſatis clarum in veteri Francia. Emporium vero totius Europæ celeberrimum illabitur. vbi virum ſummum Io. Fichardum viginti quinque luſtris maiorem conſulari dignitate conſpicuum, & viuidi animi vigentem demiratiſumus. IONIS. Fluuius ille ſtius naturæ eſt vt celeri curſu feratur dum ſolus eſt, vbi verò Sequanæ ſeſe immiſcuit lenitate ipſius emendatur. quod mihi nautæ ipſi indicarunt. quod in Marſya amne Phrygiæ notauit quoque Claudianus lib. II. in Eutropium: *ſed Marſya velox Dum ſuus eſt, flexuque carens, iam flumine mixtus Mollitur Mæandreo.* ISIACVM. Ab Iſide enim quæ & Ceres Apuleio gens Pariſia dicta eſſe creditur. idque firmatur à Io. Aurato porta regio, vel ipſa quantitate ſyllabæ ſecundæ quam multi corripiunt. INSVLA. hæc toto orbe in ſuo genere clariſſima eſt. de qua Iulianus Cæſar nonnulla extulit. BINIS. Olim ita ſe res habuit. quarè Ammiano lib. XV. Matrona & Sequana amnes magnitudinis geminæ poſt circumcluſum *ambitu inſulari Pariſiorum caſtellum, conſociatim meant*, & prope caſtra Conſtantia funduntur in mare. & verò alterius aluei veſtigia extant quædam in paludibus ſuburbanis. id autem non ſatis liquet. *Ion* vero fluuius etiam Icauna dicitur.

Strinxerat illa priùs Lugduni culmina, & arcus
Aceliueſque vias, & debita plana Regenti.
Hinc Ligeris fonſem, & geminæ prætoria ripæ;
Et Genabi celſam, quæ nunc minus edita ſedem.

Sulliacaſque domos; & quas Aurelia turres
Erigit, Aſtrææ cultrix, & commoda bello.

ANNOTATIO.

LVGVVNI. Vrbs primaria ſic olim appellata, vt patet ex antiquis marmoribus, quæ inibi vidimus poſteà Lugdunum dicta eſt vnde ſummi viri & magnæ exiſtimationis prodiere id vero plus ſatis indicat, inter cætera illius ciuitatis ornamenta, Scarroniorum domus nobiliſſima & conſularis, de qua quicquid dixero minus erit. REGENTI. hoc eſt Regi vel Imperatori, quales fuêre Claudius Cæſar ibidem natus, & alij plures qui tantam vrbem coluêre. LIGERIS. pulcherrimus ille fluuius variis vndique vrbibus, oppidis & villis prætenditur. GENABI. Vrbs hæc antiquiſſima penè ſuo nomine excidit, eorum culpâ qui ſermonium ſe eos perhibent. Sita vero fuit olim in altâ planicie quæ dicitur hodie Genabia, patria D. Petitij Medici Regij, viri quondam optimi & eruditiſſimi cuius operâ ego Inclyti Ducis Aureliani, ſi fata ſiuiſſent, præceptor eſſe poteram. SOLLIACOS, Oppidum ad Ligerim: nunc verò Ducatus magni nominis. AVRELIA de qua etſi præſtat tacere quam pauca dicere dicam tamen eam Templu fuiſſe ornatam adeo nobilis & delicatæ, ſi fas, ſtructuræ, vt Demetrius artifex, in Actis memoratus, ædibus Dianæ argenteis effigiem illius fuerit ſine dubio prælaturus. Vidi enim dum ſtaret, vidi quoque prohdolor! dum, vel duce partium prohibente, caderet. nunc vero denuò erigitur, impensâ regiâ neque non piarura & prouiſione Illuſtris & omni doctrinâ & virtute excellentis Epiſcopi. qui ſi nihil aliud egiſſet, hoc vnum ſuffeceret quod Nic. Borbonium profeſſorem regium virum inimitabilem ſemper ornare & amplificare ſtuduit. Cur autem hic de Dionyſij Petauij viri doctiſſimi laudibus conticeſcam? cùm ipſe nullum finem faciat laudanda faciendi. Id verò plenius enunciabunt alij, & futura ſæcula. Vrbis ſane illius Academia ſummos legum Antiſtites habuit, quorum hi fuere præcipui noſtrâ memoriâ Io. Rubertus vir grauiſſimus, & qui de palma contenderit cum viro principe, atque Rod. Fornerius patriâ laude ſuoque merito conſpicuus, hodiè inter primos, emicat. neque omiſerim libens antiquiſſimum illum P. de Bella pertica. Baldus enim aſſerit Bartolum præceptorem ſuum et ſurripuiſſe Tractatum quem pro ſuo ediderit: eundémque Cyno præfert. Idem tamen ſcripſit contra donationem Conſtantini quem ait fuiſſe Adminiſtratorem Imperij, non verò Dominum.

Carnutes, Druidaque Rothomagiique refluxus,
Araque Iuſtitiæ priſcis fundata colonis
Erranti quoque viſa deæ; colliſque Morantí
Andiliique latex, & in ordine polmitis vuæ.

ANNOTATIO.

DRVIDÆ Vox græca ἀπὸ τῆς δρυὸς à quercu, quam illi venerati ſunt ROTHOMAGII. Vrbs hæc vna eſt è claris Europæ vrbibus, vbi Palatium & Curia ſplendidiſſima viſitur ibi verò D. Turgotius Aduocatus vir præſtantiſſimus, idemque humaniſſimus in tantum ſe probauit & inclaruit, vt memoria eius æterna eſſe debeat. MORANTI. Figura apocope. Hic verò Mons Morantij de[illegible] olim primi Baronis Franciæ, qui ſe primum quoque Chriſtianom in eo tractu perhibet nunc autem Dux Mommorantius neſcio quid præ aliis altius & magis arduum ſpirat ANDILII Vicus antiquus vbi prædium, nunc per quam nobile & magnificum viri planè Illuſtris, cui certè, ſi non hæc obtigiſſet, villam Ciceronis ac Virgilij mentis atque optimo iure poſſidere debuit, quod Silij pace dixerim; qui certe non pulchriùs valebat ſenſum vtriuſque auctoris. LATEX Fons limpidiſſimus & vnicus eò loci. Ne verò quis miretur quod tot vrbium & virorum inſignium vel amicorum hic fiat mentio, ſciat Homerum, teſte Herodoto, idem factitaſſe ac Virgilium, vbi meminit Memmij viri clariſſimi & aliorum. Idem Silio vſu venit.

Tot loca delibat flaua patiente diua
Troctibus ambiguis in ſe redeunte meatu:
Se tamen expedit, curſu ſtimulata recenti.
Gallio luſtrata eſt. rapitur violentiùs Euro
Viribus anguineis, nec diſtat ab arce Monæci.

ANNOTATIO

REDEVNTE. Hic apparet Ceteris perturbatio, quam confuſionem vocat Plinius in Epiſtolis, neque minus eſt confuſio itineris. Dicas enim in Labyrintho verſari, aut ſane imitari fluuium illum Phrygiæ qui ſibi ipſi occurrit, atque in ſe ſinuat ac reſluit. ARCE Virgilianæ imitatio ex libro vi. vbi hæc Aggeribus Socer Alpinis atque arce *Monæci*.

Protinus apparet Latium & ſplendentia longo
Stagna lacu. diuam pater Apenninus adorat.
Tum vitrei fontes, quos inter nobilis vndas
Albula deuoluit, meditans. ſeptenaque rerum
Culmina ſubſidunt, radiante per aua curru.

ANNOTATIO

LATIVM. Italiam quoque perluſtrauit axe volanti dea illa frugum; vnde nec mirum ſi fertilitas eius à Plinio cum affectu deſcribitur, & à Claud. ipſo lib. 2. in Stil. neque non à Virgilio in Georgicis. LACV. Inter amœna & memorabilia iſtius regionis Lacus Comenſis non infimum obtinet locum, de quo Plinius in Ep. in patriæ ſuæ gloriam plurima exequitur. APENNINVS. Hic mons Italiam ferè mediam diſtindit. Idem & pater à Virgilio dicitur, eximiè autem depingitur in vi Honorij Conſulatu. ALBVLA. Tiberim intelligit. Ouidius *Albula, quem Tiberim merſus Tiberinus in vndis Reddidit.* quidam Panegyriſtes non inuenuſtè dixit *Ab Albula ad Albim* id eſt ab Italia in Germaniam. MEDITANS Romanam ſcilicet, potentiam præſagiens ſunt enim & amnes dij, quibus oracula & ſortes vbique tribuuntur. SEPTENA. Ouidius de Roma *Atque a de ſeptem totum circumſpicit orbem Montibus, Imperij Roma deûmque locus.* Byzantium quoque ſeptcolle dicitur, ſeu ἑπτάλοφος. vide Gyllium.

At Ligurum populi, quà ſe mare tollit iniquum,
Non impune vident. namque vi laxatis habenas
Suppoſitis lambit nemoru faſtigia ſerpens,
Prætereunte deâ, ſubitus nec defuit ignis
Tum ſuper enas aquas à tergo damna relinquit
Viuida. Phocaicaque volans cunabula gentis
Præſumit, modò lenis, Atax modò ſacra Nemauſi
Vnda placet, dein æquoreis vada læta Garumnæ.

ANNOTATIO.

LIGVRVM Ligus potius quàm Ligur. Virgilius *Vane Ligus.* MARE. Ibi ſita eſt Genua vrbs nobiliſſima, atque olim poten-

tentiſſima Orienti ipſi vel Byzantio formidabilis. mare autem illud minime piſcoſum eſſe dicitur, neque amœnitate vlla commendari ſolet. montes autem vicini adeo ſteriles, vt nullis aut paucis arbuſculis cenſeantur, vt quis credat vrbi ſuiſſe olim incendij ſpeciem. quæ ſi cauſa his verſibus deſignata procedit, ea quidem eſt notabilis. P h o c a i c a. Maſſiliam innuit vrbem à Græcis Phocenſibus conditam, aut certè inſtauratam. Inde à Lucano vrbis iſtius incolæ dicuntur *Phocais iuuentus*. de hac vrbe Græca vel trilingui, litterarum emporio inſigni vide Cic. Ceterùm Atax, Nemauſus, Garumna fluuij in Gallia notiſſimi ſunt.

At Vibiſca tuens ab Agnini littore Volcas
Viſitat & terras, vbi dux Tritonia bello
Sacrabit placidas ventura in ſecula leges,
Et decus Eloquij tum fatis debitus ales
Exiliens nido Cubicis conſidet in oris.
Inde Atyrum & rupis iuga frondea Pyrenæ,
Cantabriaque ſalum & fluuij rutilantis arenas.

ANNOTATIO.

V i b i s c a. Duplex eſt Aquitania, Prima & Secunda. Bituriges Cubi ſeu Auaricum in ſuperiore habitant. Bituriges Vibiſci in interiore qui ſunt Burdigalenſes, Auſonij poetæ clariſſimi ciues. vnde Archiepiſcopus Bituricenſis, vt eſt in Iure Canonico ſatis comprobatum, Primatum ſibi vtriuſque Aquitaniæ vindicat. quæ quidem cauſa nondum perorata eſt & verò Burdigala ex vet. Inſcriptione quæ adhuc in vrbe extat, eſt *Biturigum Vibiſcorum* ciuitas, alias Viuiſcorum. V o l c a s. Tholoſani vel Tectoſages ijdem & Volcæ perhibentur. de his omnibus vide Auſonium & commentaria in ipſum. T r i t o n i a. Hic Pallas deſignatur, à cuius nomine Toloſa vrbs vetuſtate & litterarum gloria maxime illuſtris, vocata eſt Palladia. Ea verò noſtra ætate ſummis Iuriſconſultis excellit. Inter quos vidimus & audiuimus D. à Coſtâ virum elegantem, qui ſuam profeſſionem in primis honorat, & ſplendidiſſimè exercet. A l e s. Phœnix ille nimirum, qui omnes mille ab hinc annis Anteceſſores vnus adæquauit. C v b i c i s. Hi ſunt Bituriges cubi quorũ metropolis Auaricum dicitur apud Cæſarem de bello Gallico. Ibi autem Iac. Cuiacius mortales exuuias reliquit. A t y r. vel *Atur* aut Aturus. de quo præclara Ioſ. Scal. vt omnia ferè in Auſonium.

NINGVIDA. vetus neque abſonum adiectiuum, quo etiam vſus eſt Auſonius. CANTABRIÆ prope eſt vt Nauarræum regnum indigetare auſim. gens verò illa bello inuicta olim, Horat. *Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.* Hi Maſſagetas imitati, ſanguine equino vſi ſunt GEMMANTIS. Tagus fluuius Hiſpaniæ hic notatur.

Denique nulla fuit regio, qua certa rapinæ
Proderet indicia, aut miſeri lenimina luctus.
Quinetiam dum fortè cauis magalibus inſtat,
Ac ſedet ante fores abſtemia, cardine moto
Nemo iuuat, patitúrque mala conuicia rima,
Quà puer inſiderat linguam, ſcurriliter audax.
Sed pia ſurgit anus, natúmque tremente loquela
Siſtit, & ignauum deſertat ianua limen.

ANNOTATIO.

RAPINÆ Ouidius *Quæ ſerer? immenſum eſt erratas dicere terras, Præteritus Cereri nullus in orbe locus* Rapina autem quomodo fuerit antiquis vſitata, diximus alibi, ad Proſerpinam. raptio quoque Terentio eſt ἁρπαγή, illa vero ἁρπαλή. Legitur etiam in Iure *rapinam facere*, quod quidam periti artis illius non de rapina virginis aut de bonis vi raptis dictum putant. ſed à rapis quales Curius ad focum, aut Romulus ſi diis placet, in cælo ediſſe fertur, ex Columella & Iuliano ac Martiale nimirum. MAGALIBVS caſis, vel etiam mapalibus Ouid v. met *Feſſa labore ſitim conceperat*, oraque nulli Colluerant fontes. contectam ſtramine vidit Forte caſam PVER. Idem *. durus puer oris & audax* Conſtitit ante deam, riſitque auidamque vocauit. ANVS *Prodit anus*, diuámque videt lymphámque roganti Dulce dedit toſta quod coxerat ante polenta. ex Ouidio. LIMEN, Horat in odis *amátque Ianua limen*

Vt dedit oranti, quâ ſe dea proluat vndam,
Obſequio maiore ſitis ſuccurrere tentat,
Hordeaque in liquida præbet guſtare polenta.
Riſerat hoc Stelles, auidamque repentè vocauit:
Cui dea: vane puer, ſatis hinc tibi reſtat. & ora
Spargit ab infuſo tergúmque & brachia ſucco.

Appa-

Apparent maculæ, forma eſt breuis, illita cauda
Pinguur, & viridis ſimilat vaga ſigna lacertæ.

ANNOTATIO

VNDAM. Supra diximus eâ de re. POLENTA. videtur far eſſe maceratum, vel in farinam contritum Ouidius eodem loci de puero illo procaci loquentem. *Cum liquido mixtâ perfudit diua polentâ.* quod Maximus vertit [illegible]. BRACHIA Idem Met. v de Stelle mutato in Stellionem Combibit ora maculas, *& quæ modo brachia geſſit Crura gerit. cauda eſt mutatis addita membris* Inque breuem formam, ne ſit vis magna nocendi Contrahitur, paruaque minor menſura lacerta eſt. Stellionatus verò dicitur Vlpiano à lacerta illa doloſa & maculoſa atque idem valet quod [illegible] vel [illegible], quod animal poëta ita depingit *aptumque colori Nomen habet, variis ſtellatus corpora guttis* quod Maximus tranſtulit. [illegible] Et vero bipedes ſtelliones infamiæ notis & ſtigmate à quolibet inſcribendi eſſe videntur.

Inde alis biuges, ad cœli ſidera fuluas
Erexere iubas; vtque attigit orbita metam
Incipiunt cogente deâ releguntque viarum
Ancipites errore plagas. At Iuno ſupremâ
Sede videns æſtus, exurgentéſque labores
Ceu tanta miſerata viæ, mox euocat Irim.

ANNOTATIO.

AD CÆLI. Ouid. in Faſtis. *Errat & in cœlo.* ſeu mauis in aëre ſublimi.promiſcuè enim hæc ſumuntur, vel apud Iuriſperitos. INCIPIVNT. hic verbi gyrus exprimitur, & viæ repetitio, qualis eſſe conſueuit in labyrintho aliquo vagantibus. RELEGVNT. Virg. *Iteque reditque viam toties.* Claudianus de Alaricho: *Turpe retexit iter.* quod *actum agere* dixerit Terentius vel etiam ſatis mouere, ſed nihil promouere vnde ille apud Fabium venuſtè dixit de oratore tranſcurrente vel errante Non illum agere ſed ſatagere. ANCIPITES Apud Lucanum lib 8. Pompeius Equum *Magnus agens incerta fuga veſtigia turbat, Implicitaſque errore vias.* Ouid. lib 8. Met de Dædalo *Ducitin errorem variarum ambage viarum Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis Ludit, & ambiguo lapſu refluitque*

ſinuque Deinde: *uti Dædalus implet Innumeras errore vias, vix que ipſe reuerti Ad limen potuit* IRIN. Hæc eſt Iunonis prænuntia. de qua initio lib 3. de Raptu. Ea autem fuit Thaumantis & Electræ filia Heſiodo.

Vade, age. compella Zephyrum qui lenibus auris
Aera demulcens, noſtra iam pellicis ora
Ventiles infenſum caue Sirius augeat ignem.
Hac procul arquato virides ſinuamine pennas
Gemmifera prætendit auis: cies humida rorem
Bractea, & vmbella radios ſubmiſit Eous.

ANNOTATIO.

AGE. Virgilius 4. Æn. *Vade age, nate, voca Zephyros* DEMVLCENS. Apud Ouidium aues quoque *concentibus aera mulcent.* PELLICIS. Videtur quidem pellex à pelliciendo dicta. Sed aliter viſum eſt quibuſdam. atqui ἡ παλλακὴ & ὁ παλλακὸς reperitur & in vtroque genere ἀντίζηλος. Ouidius in Metam. *Tunc erit & matris pellex & adultera patris.* quod vertit Maximus hoc modo τῆς μητρὸς ἀντίζηλος, καὶ τῇ πατρὸς παλλακίς. quod Salluſtius ſiue quis alius Ciceroni obiicit, iiſdem ferè verbis: Filia matris pellex, tibi iucundior atque obſequentior, quam parenti par eſt. ARQVATO. Al. Arcuato. Apud Ouid. lib. 11 Iuno. Iri, meæ, dixit, fidiſſima nuntia vocis, Viſe ſoporiferam Somni velociter aulam. Deinde: Dixerat *Induitur velamina mille colorum Iris, & arquato cælum curuamine ſignans,* Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis. In hanc rem vide exercitus quorundam verſificum. gemmæ autem pauonis Iunonij ſiue ocelli varios ac ſimiles cæleſtis arcus exhibent colores. BRACTEA Aureola, quæquidem valde tenuis eſt & delicata. quare ei Martialis totum Epigramma conſumpſit, vbi phialam demiratur ... Græci vocant. VMBELLA verò ex pauonis pluma fit. teſte Claud. in Eutropium.

Hoc releuata modo, ſeptem petit illa triones.
Protinus huic gelidæ, cuſtos apparuit vrſa:
Aduentúque fauens, ô pulchra Lycaoni, villos
Exuis, & vultum tenui pallore ſerenas.
Te licet inuidia vetitam non abluat æquor,

Forma tamen ſuperas, qualem nec Iuno probari
Gaudeat, aut cupidus Phœbe contraria votis.
Non tamen vlla piæ Cereri de virgine rapta
Verba refers, aliôque deam non ſponte relegas.

ANNOTATIO.

RELEVATA. Latinè id quidem. Ouid. in metam. Non ego noſtros Abluere hîc artus, laſſatáque membra parabam, Sed *relevare ſitim* & quod magis ad rem Vtque facis, *relevare* velis, quibus vtimur *aſtus*. Terent. *animum relevabis*, qui dolore ac miseriâ tabeſcit. SEPTEM Sic Ouidius primo met. Scythiam *ſeptémque triones*. Horrifer inuaſit Boreas. ADVENTV pro, *Adventum*. vt Virg. *Percemein*. LYCAONIS. Caliſto Lycaonis filia, in vrſam mutata. deinde in ſidus lucidiſſimum. de qua Ouid. 2. Faſt. Læſa furit Iuno, formam mutatque puellæ. Quid facis? innuo eſt pectore paſſa Iouem. Deinde, *Vrſa per incultos errabat ſqualida montes* mox illa cum filio *Signa propinqua micant* ABLVAT. Idem Sæuit adhuc canamque rogat Saturnia Tethyn, Mænaliam tactis *ne lavet Arcton* aquis.

Conſulitur mundi lux vnica: cuius ab ore
Prima ſoror, cæcique trahunt iubar omnis ignes.
Sol prior excepit Quid me, dea flaua, rogando
Sollicitare paras? video quâ fine ſupernos
Deuenias tractus, puramque volubilis æthram.
Poſce Iouem quod quæris, ait. Nec plura, citatis
Expaciatur equis, properans inuiſere Tethym.

ANNOTATIO.

LVX VNICA. Sol videlicet, ad quem Ceres remittitur. Ouidius hæc omnia explicat de ipſa dea loquens Errat & in cælo, liquidique immunia ponti Alloquitur gelido proxima ſigna polo. cui reſponſum eſt *Solem de virgine rapta Conſule*, quilatè ſacta diurna videt. Sol aditus: Quam quæris, ait, ne vana labores, Nupta Iouis fratri tertia regna tenet DEVENIAS. Virgilius: *Devenere locos*, POSCE. Geminos accuſatiuos regit Horatius in odis, *Quid dedicatum poſcit Apollinem Vates?* QVA FINE, Veteres vnum dixere non

inuiti *Eâ ſen.* ÆTHERAM Æthra & æther apoca confundit videtur Sed nonnihil differre ſuſpicio eſt. Græcis [illegible]

O deſiderium infelix! ô læua cupido!
Ancipiti fruitur dicto: pœnaque recenti
Lætior, in genibus natam putat eſſe parentis.

ANNOTATIO.

LÆVA. Decipimur enim ſæpiùs imagine votorum, atque vt ait Virgilius *ſua cuique deus fit dira cupido*. Interim tamen fruuntur, vt Cicero loquitur, viſis falſi gaudij licet multò grauiora immineant. LÆTIOR. [illegible] in eam rem: *Lætus abit, gaudétque malo Berecynthius heros.* GENIBVS. Alluſit ad patris naturam cuius ferè proprium eſt filium tunc infantulum vel genu ſuſtinere, vel intra genua collocare. quod Claud. quoque notauit in Epithal. Honorij *genibus confidat amtis*. Genua autem ſunt ſedes pietatis vel miſericordiæ vnde [illegible] atque ideo forte deorum genua incerabant vt eſt apud Iuuenalem.

Conſtitit ante Iouem facies ibi nulla puella
Nubilis. huic ſublime latus tamen ardua iunxit
Maieſtas, nitidóque Pudor venerabilis oſtro.
Erubuit ſua viſa Ceres: ac limen Olympi
Dessereret, ni praelis amor veſtigia figat
Certiùs, inque vicem prohiberes ſanguine malas.

ANNOTATIO.

IBI NVLLA. Tum fortè Iuppiter in ſublimi ſolio ſedebat atque eo loci *Lectus concilio diuûm connumerat ordo* vt poëta loquitur. MAIESTAS. plus eſſe videtur quàm dignitas, ſeu [illegible] aut decorum [illegible] neſcio an [illegible] id nominis exprimat. [illegible] ſanè propius accedit, niſi ſi præferatur ei [illegible] qua voce vſus eſt Maximus dum vertit illud Ouidij: Maieſtas & Amor [illegible] Idem poeta lib. v Faſt. de ipſa. *Aſſidet illa Ioui; Iouis eſt fidiſſima cuſtos.* Deinde Venit & in terras coluerunt Romulus illam, Et Numa, mox alij tempore quiſque ſuo. Illa datos faſces commendat eburque curule, Illa coronatis alta triumphat equis. PVDOR. Ouid. ibidem: *Conſedere ſimul Pudor & Metus.* ERV-

OVIT. de hac phraſi dictum eſt lib. 1. de Raptu. reliqua ſunt facilia. VESTIGIA. Locum illum deſcribit Ouidius lib. 1. Met. et vocat *tecta Tonantis & Regalem domum* denique *Palatium cæli*. deliberorum cura & affectu erga ipſos plura alibi. nihil enim ferè eſt quod non prolis amore mater attentare auſit. Id Seneca multis in locis teſtatur. atque ipſa bruta & ferocia animalia in exemplum adducit. neque enſes, venabula lanceæ, aut vllam aliud teli genus huic inclinationi, vt ita loquar, penitùs obſiſtat. Ceres autem hic, viſâ quidem, ſed de improuiſo, maieſtate Iouis genas ſuas minio quodam pudoris coloratas ſenſit, non tamen animum deſpondit, aut ab incepto deſtitit, filiæ ſuæ affectu non ſolùm impulſa, ſed etiam firmata vt quæ priori modo palluerat, modo rubuerat, media quadam vultus temperie ſubſtiterit. ac tandem initium dicendi fecerit. tum verò nimia confidentia decora non eſt quin potius verecundiæ ſignum aliquod edas quamlibet animo præſenti ſis, & ſubmiſſio quædam, teſte Plinio, cum oris tamen dignitate aliquo requiritur; neque nocet hic geſtus dolentis

Tunc ait. O diuûm genitor cui digna videbar
Furtiuo amplexu viridis ſub regna iuuenta;
Fallor? an eſt de te, mihi perſuadere voluptas,
Edita Perſephone? nam,ſi memor ipſe tuorum,
Pars quoque te maneat noſtræ non infima curæ.
Iuppiter hanc rapuit. ſed non qui temperat aſtra,
Vt quid enim? non qui ſortis diadema ſecunda
Geſtat. Auernalis trahitur captiua triumpho
Scilicet, & miſera ſpes hæc ſuper vnica matri.

ANNOTATIO

GENITOR. Iuppiter enim quem theologi pagani pro Deo vnico ſibi colendum duxere non abſurdè quaſi Iuuans pater dictus eſt. nulli enim Deus eſſe poteſt inutilis. Homero dicitus deorum atque hominum πατὴρ & Pater abſolutè à poëtis Latinis quæ vox tantæ dignitatis eſt, vt nihil ſupra hoc enim nomine videmur quid'uis deo ipſi tribuere, vel etiam ferre acceptum atque in ſacris litteris caueri non obſcurè videtur, ne quis temerè ſibi tantum nomen aſſumat. Nec tamen à Senatoribus magnis olim vſurpatum eſſe nescio, multoque minùs indignor. quia ſeruo erant notabiles eoque

venerandi, & plane ſuſpiciendi, vt qui probitatis imo virtutum numinum inſignia ſimul iuncta præ ſe ferrent. cuius rei clara ſunt hodie & ſplendida in primis argumenta VIBRABAT. Ouidius Queſta diu ſecum, ſic eſt affata Tonantem, *Maximáque in vultu ſigna dolentis erant Si memor es de quo mihi ſit Proſerpina nata*, *Dimidium curæ debet habere tuæ*. quæ certè facilia ſunt ac venuſta in primis. IVPPITER. Nomen enim illud tribus illis fratribus commune eſt, qua de re iam diximus alibi. TRAHITVR hæc paulo aliter tractat Ouidius, qua Cererem captatis illius ignaram exhibet, ſed quia iam Claudianus ad planum fecit, id quoque tolerabile eſt.

Quam neque Bellonæ frater, nec Cynthius vnquam
Sperauere ſibi, qualem non victor ab Indis
Molliter inflexo mouiſſet crine Lyæus,
Prædo tenet: vexatque humilem ſine more rapinam.
Si te damna mouent communia, proÿce fulgur
Quod ferias manes, quod ſubterranea regna
Concutiat, dirúmque Chaos, quique omnia ſeruas
Vt placitum, facias vna te virgine patrem
Et mundi dominum, cui ſe non alter adæquet.

ANNOTATIO.

BELLONÆ. Hæc omnia lib. 1 de Raptu poëta noſter delibauit: Perſonat aula procis pariterpro Virgine certant *Mars clypeo melior, Phœbus præſtantior arcu.* non tamen Bacchi vlla mentio. & verò id taceri potuit. PRÆDO. Virgilius: Perfidus alta petens *abducta virgine prædo*. Ouidius: At neque Perſephone digna eſt *prædone marito*, Nec gener hoc nobis more parandus erat. Quid grauius rapto te Gyge captiua tuliſſem, Quàm nunc, te cæli ſceptra tenente, tuli? *Verùm impune ferat* nos hæc patiemur inultæ; *Reddat*, & emendet facta priora nouis. FVLGVR. Claud. lib. 3 ſupra. *An cælum Titanes habeant? quæ talia vìnu Auſa Tonante manus?* vbi Ceres iniuriam expoſtulat cum Diana Pallade ac Venere. quod eſt *ἀδίκως ὑγιαίνειν* niſi matris eſſe querelam inofficioſi aut certè præuaricationis FACIAS. Quaſi dicat ô Iuppiter qui multa pluribus indulges, vel tibi præiudicari ſinis. hac ſaltem vindicta probare eſſe cæli ac terrarum dominum. cui nullus in poſterum illudere auſit.

Ecce trium minimus, potitur qui luce malignâ
Damnatus latebris, Sicula fundamina rupis
Inuaſit, domitaque dedit tellure ruinam
Non ignota loquor, tantique iniuria facti
Scilicet Idæo dum me tenet alma Cybelle
Eſt delata iugo. Sequitur ſua crimina merces
Et pœna eſt pietas, vitiúmque accedit honori.

ANNOTATIO.

MINIMVS. Id eſt minimi precij. Idem à Claudiano dictus eſt ſupra *Deterrimus fratrum*. LVCE Virgilius vi. & Auſon. Errantes ſiluam in magna, *& ſub luce malignâ*. non adeò purâ aut nitenti vnde Ouidius. Panditur intereà Ditis via; nunque *diurnum Lumen inaſſueti vix patiuntur equi*. Idem lib. v met. Inde tremit tellus & rex pauet ipſe ſilentum Ne pateat, latóque ſolum retegatur hiatu *Immiſſuſque dies trepidantes terreat vmbras*. SICVLÆ. currúque atrorum vectus equorum Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ. RVINAM quæ quidem ex terræ motu vel hiatu contigit. Virg. trepidentque immiſſo lumine manes. CYBELE. in hoc nomine ſæpiùs liquida geminatur, vt producta ſit. ſupra Claud. de Cerere: *Turrigerámque petit Cybelen*. MERCES. Ouidius in hanc rem *Commiſſi præmia raptor habet*. Claudianus quoque Cererem ita querentem exhibet Quo leges cecidere poli? *quid vertimus vltrò Fœderis?* Pub. Syrus *Cum vitia proſunt, peccat qui rectè facit* quod quidem ſanius interpretari velim. Huc quoque nonnihil pertinent ea quæ lib. 2 in Eutropium ſcripta ſunt. pridem mos ille vigebat Vt meritos eſſerent deinde *At nunc qui fœdera rumpit Ditatur, qui ſeruat eget.* quod in Gallia, proh dolor! multis nuper exemplis innotuit.

Subriſit tum lenè Pater, mentéque prehenſam
Erexit miſerans: diuaque indigna ferenti
Oſcula trina dedit, totidem vix cognita luſtris.
Pone metus, pia Mater, ait. Proſerpina latè
Imperat. indecorem non hac ſortita maritum
Dotis eges, nec virginitas fuit innuba tanti,
Vt flammas deſignet acu, vanaque retexens
Libertatis opus, dubiâſſe lactes amantes.

ANNOTATIO.

SVBRISIT. Virgilius *Olli ſubridens* hominum ſatorатque deorum, Vultu quo cælum tempeſtatéſque ſerenat. Ouidius vero hic: *Iuppiter hanc lenis* factúmque excuſat amore. OSCVLA. Hæc ſanè plurimi facit Catullus, eorúmque numerum confundi voluit. quia fortè vcait Ouid. de Polyphemo. Pauperis eſt numerare vel ſua bona, aut delicias. Claud. in Epithalamio principis Honorij, vbi loquitur de prato Veneris Cypriæ à Vulcano vndique conſepto mira de oſculis enarrat his verſibus *Mulciber vt perhibent his oſcula coniuges emit Mœnibus, & tales vxorius obtulit arces.* INDECOREM. Sicvlus Virgilius vtroque numero. Ouid. v. Met. Iuppiter excepit: *Commune eſt pignus onúſque Nata mihi tecum* deinde neque erit gener iſte pudori. SPE LACTET. Virgilianum hoc. atque alluſio ad telam Penelopes.

Adde quod intacta dura eſt cuſtodia pubis,
Nec patitur formoſa moras. amaranthina florem
Virga relicta gemit, lutúmque à veſpere caltha.
Nupta magis quàm rapta fuit. nec pœnitet alto
Credo equidem ſolio patrui contingere ſceptrum,
Inque vicem geſtare plaga diadema ſeuera.
Saturno ille ſatus. fratrem germanus amaui.
Nec dubito quin ſemper amem, licet impete vano
Sæpe mihi illudat, ſortem cauſatus iniquam.
Nunc quia lætus init genialis fœdera lecti,
Forte animos ponet, iuſtas quoque cœlibis iras.

ANNOTATIO.

CVSTODIA. Ouidius de Danaë: *Dum mulier abetat durus pater ipſa ſeuera Ferrati poſtis area clauſerat. At poſtquam ſapiens in munera venit adulter Præbuit ipſa ſinus, & dare iuſſa, dedit.* Horat. Idem ſerè protulit. Idem Ouid. *Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.* FLOREM. Auſonius: *Collige virgo roſas dum flos nouus & noua pubes; Et memor eſto æuum ſic properare tuum.* apud Terentium virgo dicitur *flos ipſe.* quæ comparatio mihi videtur maximè idonea. NVPTA. Iuppiter ea de re v. Met. *non hoc iniuria factum Verum amor eſt.* PATRVI. Non

certè

certè placet quod viſitur apud Statium l. 4. Theb. *Pattus* diſſyllabũ in fine verſus *plaga* autem *ſenera* Statium ſapit. SATVRNO Ouid v. met. Tu modo dura velis vt deſint cetera, *quantum eſt, Eſſe Iouis fratrem?* Idem 4. Faſtorum *Non ego nobilior* ait Iuppiter & alibi *Nec cedit niſi ſorte mihi* quod planè ad conſulatum pertinet. SAPE MENE vt aſſolet inter fratres, teſte prouerbio græco quibuſcum non bene in omnibus conuenit ac poſtea cuite ſolet gratia, quia vix natura patitur copulam hanc diſrumpi, licet facile ſit eam diſſuere. Demque ita illa ſæpe amoris redintegratio eſt.

Ne verò obſcuraſque domos, & regna ſilentum
Obycias. ſunt aſtra illic, ſunt lumina Phœbi
Alterius, varios fundunt ibi gramina flores.
Quod ſi nulla mouet ratio tam flebile pectus,
Experiare velim nulli tentata deorum.
Stat tibi vota ſemel, dulces & ſoluere nexus
Quos firmauit hymen? Ego iam diuortia lecti
Polliceor: ieiuna tamen ſi nata remanſit.

ANNOTATIO

SVNT ASTRA Multa huc ſpectantia legimus l. 2. de Rapto vbi Pluto ipſe ad Proſerpinam *Amiſſum ne crede diem ſunt altera nobis Sidera, ſunt orbes alij* Virgilius vi. Deuenere locos lætos & amœna vireta Fortunatorum nemorum ſedeſque beatas. Largior hic campos æther & lumine veſtit Purpureo, *Solemque ſuum ſua ſidera norunt* quæ ſane diuina Maronis oracula ſatis nos docent terras illas ſuccentiſſimas à Chr. Columbo & aliis ſemideis ſalutatas olim fuiſſe non adeo ignotas aut ſaltem auditione acceptam fuiſſe noui Orbis beatitatem. Horatius diuites inſulas dixit, eaſque vel paradiſum ipſum, vbi Phœnix, deſignat aperte his verſibus *Nos manet Oceanus circumuagus, arua beata, Petamus arua, diuites & inſulas* Vnde verò huius rei veniſſet ei in mentem, niſi conſtitiſſet iam de ſitu regionis illius floridæ, vbi perpetua veris gratia & temperies? Certe, ſi dicere liceat Nihil iam viſum quod non viſum ſit prius. STAT. Ouidius. Sed ſi forte tibi non eſt mutabile pectus, *Statque* ſemel iuncti rumpere vincla thori *Hæc quoque ſentemus, ſiquidem ieiuna remanſit.* Idem v. met. Sed tanta cupido, Si tibi diſcidij eſt, repetet Proſerpina cœlum, *Lege tamen certa, ſi nullos contigit illic Ore cibos* Ex quibus colligere licet, quantum in te ſicta quod proſit ieiunium vel abſti-

nentia. Si enim illa ſibi à pomo temperaſſet, in cælum ſtatim redditura eſſe dicebatur. atque hæc ad primam parentem quis forte non malignè retulerit. quanquam omnis ſimilitudo citra veritatem eſt.

Nuntius extemplo tranauit nubila, & albâ
Findit iter ſpina; toto ſe corpore mittens
Lubricus, inſtar auis, quæ ſtagna virentia circum
Piſciculis inhiat, roſtróque minatur acuto.

ANNOTATIO.

NVNTIVS. Mercurius ad quem Horat. 10 Odis *Te canam magni Iouis & deorum Nuncium.* nunciator quoque in Pandectis legitur Græcis [illegible] Homero [illegible] est vero vbi nuncius pro renunciata accipi queat. EXTEMPLO. Plautus dixit *Extempulo* pro. extempore. TRANAVIT. Metaphora ab aquis ad aëra à palmis vel brachiis ad alas deducta. Virgilius vi. de Dædalo Inſuetum per iter gelidas *enauit* ad Arctos. Deinde: tibi Phœbe ſacrauit *Remigium alarum* SPINA. Virgam auream dixit Lyricus. Ouidius vero ex hac materia virgam memorat: Virgaque lanalis *de ſpina ſumitur alba.* INSTAR AVIS. Virg. 4. Æn. Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Conſtitit. hinc toto *præceps ſe corpore ad vndas Miſit aui ſimilis.* vide reliqua.

Hunc Stygius puer excepit. neque forte roganti
Cognita ſunt quæ voluit, at: Domina inclyta vallis
Elyſiæ iam tres, pendentis ab arbore pomi,
Puniceo carpſit madidos humore lapillos.

ANNOTATIO.

HVNC. Mercurium PVER. Aſcalaphus filius nymphæ & quidem Auernalis [illegible] autem auis de qua Ariſtoteles lib 9. de natura animalium cuius & hic metamorphoſis deſcribitur. Ouidius meminit lib v Met. AIT *Aſcalaphus* vidit, quem quondam dicitur Orphne, *Inter Auernales haud ignotiſſima nymphas, Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris.* Ex Ouidio. POMO. De alluſione ad hoc pomum ſupra nonnihil attigimus, quod iam per ſe liquet ſatis. Metam v de Proſerpina: *cultis dum ſimplex errat in hortis, Puniceum curua decerpſerat arbore pomum: Sumptáque pallenti ſeptem de cortice grana*

Proſerpina ore ſuo Dixeris ſanè hic Euam & Paradiſum, ſcilicet, deſignari TRES Numerus hic variat apud Ouidium, vt poſteà videris. In Faſtis enim Triaque grana tantùm reperto : Rapta *tribus*, dixit, ſoluit ieiunia *granis* Punicaque lento cortice poma tegunt. Punica verò mala ſunt græcis *ῥοαὶ* vel *ῥοιαὶ*. Colomella tradit, Ne punica mala rumpantur in arbore lapides tres eſſe remedio, ſi cùm ſeres arborem ad radicem ipſam collocaueris. Punica vero inter mala numerantur à Plinio qui tamen negat inter poma glandes rectè cenſeri. vide lib. 13. cap. 6. de aciniis mali punici.

Indoluit regina loci. iuuenique proteruo
Eſſe dedit volucrem, & ferrugine miſcuit alas
Orphnéus precibus. ſed non felicior extat
Quàm ſi funerea poſuiſſet in arbore vitam :
Turpe caput noua maſſa refert, oculique patentes
Cæruleo ſqualent ſenio. tum brachia mollis
Pluma tegit, noctémque colens lucémque peroſus
Sera ſepulchrales ad carmina ſuſcitat vmbras.

ANNOTATIO.

REGINA. Ouid. 4 Faſtorum de Cerere tamen Non ſecus indoluit quàm ſi modo rapta fuiſſet, Mœſta parens longa vixque refecta mora eſt Atqui libro v Met Ipſa Proſerpina indignatur *Ingemuit regina Erebi* VOLVCREM. Idem poeta teſtemque profanum Fecit auem, ſparſumque caput phlegethontide lympha. *In roſtrum & plumas & grandia lumina vertit* Ille ſibi ablatus fuluis amicitur ab alis, Inque caput creſcit, longoſque reflectitur vngues, Vixque mouet natas per inertia brachia pennas Fœdaque fit volucris, venturi nuntia luctûs, Ignauus Bubo dirum mortalibus omen. quorum imitatio in texto ſatis apparet ORPHNÆIS. Orphne à græco *ὄρφνη* caligo. Orphnæus lib. 1. ſupra nomen equi Plutonis *ὀρφναῖος* caliginoſus

Dum ſpectat mandata Ceres, volat impiger Arcas
Ad ſuperos, nec verba ſatis iucunda reportat.
Tunc offenſa recens patuit dea : flebile pectus
Anxietas dilata premit, laniare capillos
Atque genas ardet, ſi talia facta deeerent.

ANNOTATIO.

SPECTAT Id eſt expectat vt ſuprà Claud in fine libri i Ouidius Tartara iuſſus adit ſumptis caduceſcalir *Specque redit coelis, certáque viſa refert.* OFFENSA. *Indoluit.* vt refert Ouidius LANIARE. Multa eiuſmodi lamenta videas apud poëtas, ac præcipuè in Epiſtulis Heroidum, nec libet referre. GENAS Notum eſt illud à iure veteri. Mulieres genas ne radunto atque hic decorum obſeruatur, non ſine exemplo priſcæ honeſtatis neque enim deos vel deas iraſci fas eſt, vt Virgilius monet de Iunone atque eo loci præcipuè. Tantæne animis cæleſtibus iræ? quod omnia cæli vt ita dicam numina reſpicit, quorum tranquillitas & moderatio vbius prædicatur, apud Ethnicos licet iis pleraque vana adſcribant, ſed ſub quodam involucro, [illegible] myſterij ſcilicet.

Succiduo tamen illa genu prorumpit, & amens
Saltem optat recipi Stygiæ penetralibus aulæ.
Idque Iouem importuna rogat. verùm iſta voluntas
Viſa parum prudens, neque profectura petenti.
Sexque vouet menſes, quibus illa inſidat olympo,
Et videat ſuperos, & mox videatur abimis.

ANNOTATIO.

SVCCIDVO Notum eſt quid ſit ſuccidere aut e pen. longa. at verò hic ſe ſubmittere eſt, aut pedibus alicuius aduolui. Ouidius met. *Poplite ſuccidno genua intremuere* Succiduus [illegible]. SALTEM. Ceres ad Iouem in Faſtis Ouidij Atque ita nec nobis cælum eſt habitabile, dixit *Tartarea recipi me quoque valle iube.* PROFECTVRA. Locus hic quod ad ſententiam attinet alicuius momenti eſt Claud. lib. 2 In laud. Stilichonis id pulchrè explicat : *permittis iuſta petenti,* vel, *promittis* Deinde *Idque negas ſolum cuius mox ipſe repulſa Gaudeat, & quicquid fuerat deforme mereri* Vide quid Sol ad filium dicerit in Metam. Quinetiam Seneca teſtatur maxima illa eſſe beneficia quæ minimè videantur SEX. Ouidius Et factura fuit. pactus ni Iuppiter eſſet *Bis tribus vt cælo menſibus illa foret.*

Ex illo æqualem geſtare argentea Libram
Faſcia narratur celi. qua lumina Phœbe.

Diuidit & nocti pariles adiudicat vmbras,
Iuſtitiæ exemplar magnis imitabile regnis.

ANNOTATIO

FASCIA. Id verò ex Manilio poëta excellenti deſumptum eſt. LIBRA autem ſignum eſt Zodiaci, quod Cereri adſcribitur, atque etiam Virgini ipſi, quæ vt Aratus refert ... Cicero vertit *Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore Virgo.* PARTITIS. Ouidius. Tempora nocturnis æqua diurna facit. Virgilius autem *Libra die ſomnique pares vbi fecerit horas.* IVSTITIÆ. In veteribus nummis Gordiani Imp. Æquitas, quæ ſoror eſt Iuſtitiæ, ipſius imagine ſculpta eſt cum Libra & cornu copiæ, addita Inſcriptione. *Aequitas Aug.* recta illa quidem cùm in Hadriani nummo *Iuſtitia Fidem.* Pietate autem & Iuſtitia Principes dij fiunt, vt ille ait. Pietate, inquam, id eſt clementia & Aequitate quæ Iuris eſt moderatrix, vel quæ de Iure multùm remittit, diuinitatis exemplo quicquid ſibi velint ignari homines *æqui & boni*, ac Iuris ipſius definitionem antiquæ aduerſum euntes, animo prorſus ab humanitate vel ratione alieno qui enim poterunt vnquam profanilli (ſiue lupos ſiue vrſos appellare malis) audire ſacerdotes aut Iuris religioſi. Omnia quippe ſummo Iure agunt, quæ vel ſumma iniuria vel ſumma malitia eſt, auctore Terentio. Huc verò pertinet locus Macrobij Sat. lib. 1 cap. 21. Virgo, inquit, quæ manu ariſtam fert, quid aliud quàm ... quæ fructus curantur & ideo Iuſtitia creditur. vide reliqua, de Libra ibidem.

Quæ florente ſimul pax & declinis ab aſtris
Splendicat, arua virent, vſu nituere bidentes,
Veſtit humum læta ta ſeges, mirandaque terris
Copia mentitas dominis abſoluit ariſtas.

ANNOTATIO.

FLORENTE. Cùm enim Iuſtitia vel Aſtræa in terris ageret omnia generi humano & ex animi ſententia eueniebant hac abſente omnia cæde & ſanguine maduerunt, aut ſanè in cauſa fuere hominum vitia & crudelitas cur hinc ad ſuperos euolaret. Ouid. cum pluribus in locis tum hic *Nondum Iuſtitiam facinus mortale fugarat, Vltima de ſuperis illa reliquit humum.* PAX In nummo D. Auguſti dea illa ſignatur Schemate copiæ, manibus iunctis ac virga Mercu-

rij media. Titi vero & Domitiani numiſmata ipſam face ardenti arma comburentem exhibent. Huc quoque pertinet Ouidij locus ex 4. Faſtorum: *Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato, Mutauit glandes vtiliore cibo.* Deinde: *Pace Ceres læta eſt, & vos orate Coloni, Perpetuam pacem, perpetuumque ducem.* LÆTATA. id eſt iocundè prouenit & copioſè. *Læta* Maroni epitheton. MENTITAS. Horatio: *Spem mentita ſeges* contra Virgilius: Illa ſeges demum *votis reſpondet* auari Agricolæ. ABSOLVIT. Sicvſus eſt Martialis, & poſt eum Claudianus de duo prius accuſatis. Idem valet *Excuſare* hoc in loco, id eſt reparare vel ſatisfacere. quod pluribus exemplis è Statio & Claudiano petitis comprobari poteſt. atque hæc habui quæ dicerem in hoc poema. & quidem animi cauſa potiùs, quàm vt rem adeo difficilem præſtare me arbitrarer. Vnum hoc aſſeuerem libens, nihil eſſe vel in textu vel in Annotationibus quod iuuentuti eruditæ & egregiè moratæ obeſſe queat. Etenim ſi magnus ille Parrhaſius & alij iſtius ordinis viri Maximiani Elegias enarrare auſi ſunt, non video cur hoc poema ſtatim negligi debeat. Hæc vero non recuſem quin legantur à viris bonis & eruditis: at enim vnum excipio, hominem plus ſatis lepidum & argutum: de cuius erga me ciuilitate iudicabit facilè D. Heinſius flos Batauæ, aut Io. Laurembergius viola delibata gentis Teutonicæ. Pertinet autem ad exemplum ſæculi ea de cauſa proferre in medium Iani Gruteri viri Illuſtris Epiſtolam, quæ quidem elegans & imitatione digniſſima eſt. *Ianus Gruterus Stephano Clauerio Salutem & amorem.* Ita dico. nam valde auerſus ſit oportet à Gratijs & Camenis, qui ſic vltro ſatisfacienti non faueat: nedum vt ea barbaries in meo cadat mores. Ergo obliuio alta deinceps præterita obliteret, certemuſque vter alterum magis amet æſtimétque exemplo Polynicis ac Tydei, ex fœdo iurgio in perennem coeuntium amicitiam atque affinitatem. Si enim ratio tantùm potuit in alumnis Martis, quanto magis id exigat ab Apollinis myſtis? hoc præſertim ſæculo quo certaminibus noſtris capeſſamur ſolummodo ludibrijs inſcitiæ atque inuidiæ. Plura reponere volebam, plura item debebam amabiliſſimis tuis litteris, cultiſſimoque carmini: niſi in nundinis iſtis ita diriperet ab amicis, vt nullius animus ſim quà meus. Hoc ſolùm tibi perſuadeat amare me ingenium tuum, magni facere doctrinam, exoſculari virtutem: futurumque deinc Clauertum inter amicos primæ notæ, optimi quæ commatis. Audiat hæc Iuppiter Philius, audiat Ius & Fas vnà cum Nemeſi. Scriptum menſe Septembri CIϽ. IϽ CXVIII Francofurti ad Mœnum. Hæc ſanè ſplendida conciliatio inita eſt, Io. Gaſp. Geuartio viro cum primis excellenti, medium ſe gerente. Idem præſtare alia in te poterit neque per me ſtabit quo minùs pereat maleuola quæuis reprehenſio. id enim Pietas iubet, ſuadet ratio, natura præcipit.

FINIS.

EPIGRAMMATA SELECTA IN STATVAM EQVESTREM HENRICI MAGNI,

Victori Amedeo a Sabaudia, Principi omni Bellica & Ciuili virtute Excellentiſſimo dedicata.

*H*ENRICVS *domitor populorum, æquandus Olympo,*
Torquet Eques fluctus, exurgentéſque pro cellas,
Sic ſtellarum ortus gladio præcinctus Orion
Territat, hinc medius ignem defulgurat vndis.

Deſuper inſtat aquis, hinc aëra calce fatigat
Magnus Eques, terraſque premis vicinior æthræ:
Gaudete, ô Superi, rapuit Titanibus arma,
Lugeat Alecto, coëunt in fœdera gentes.

Deſpicit altus aquas, & peruolat aëra magnum
Celſus Eryx, vmbraque quatit formidine terras;
Ianua laxatur cæli, valuaque patentes
Inuitant Equitem, procul abſiſtentibus aſtris.

Vis noua ſubluſtres Dominum ſi tollat in auras,
Crinitâ poterit ſtellas accendere flammâ;
Aluùs exurgat, mundique ſuperuolet axem;
Agnoſcent Superi pro maieſtate Tonantis.

Adde humeris arcum, nitidus fulgebit Apollo;
Fuſcina Neptunum faciet; ſtent vertice criſtæ,
Mars erit: at rubri teneat ſi fulminis alas,
Ipſe Iouem referet, ſcindétque per aëra nubes.

Talem finxit Equum quæ protulit æra Corimbus,
Vngula cuius aquas ceu mella poetica fudit
Penſilibus ventis; veterum flos vnde virorum
Splendicat, & magni fugiunt obliuia Reges.

HENRICVS magnúſque quater, terráque triumphis
Altor huic, inſtar Numinis, hæret Equo.
Aſtra tuens, clarum ſecat aëra, ſubicit vndas,
Nec ſatis ad tantum ſunt Elementa decus.

Rege ſub Inuicto ſonipes fremit, arcus anhelat,
Inde iugum terris, inde paratur aquis.
O munus varium! ſic aëris amabile fulgur
Signa ſimul belli, ſignáque pacis habet.

Henrici ~~Magni ſpecies complexa~~ per arcem
Omne decus, celſo nubila tangit Equo.
Tellus victa fuit, radiat iam fama per vndas,
Tertia per cæli laurea vadit iter.

Apparet modo Regis atrox, modo lenis Imago
Et toties magnum lumina fallit opus.
Talis erat totis premeret cum viribus hoſtem,
Cumque dares victis otia, talis erat.

Rex regum Henricus, referens ex hoſte trophæa,
Hoc ſimul ad Superos ire videtur Equo.
Cernis vt in gyrum ſe colligat, aëre ſeptus?
Iam proculà terris, iam procul extat aquis.

Lis oritur cum nocte dies de lumine certant:
Se magis hæc puram, nec minùs illa putat.
Hoc agit Effigies, quæ tempore fulget vtroque,
Non ita Sol terris, Luna renidet aquis.

ST. CLAVERIVS F.